

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-633708-p0001-5

V 05/k Steier, S. alte Nr. 37

Enthält außerdem:

2) Henninges, geneal. tabellae. Tom. I. et IV. 2 et 3 p. IV.
(enth. nach Tom I. auf Mansleben bez. Stammbaum

NB! 3) Pontificale Romanum Venet. 1561.

Erxleben

N. Vitr. 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-633708-p0002-1

# GENEALOGIÆ ALIQVOT NOBILIVM IN SAXONIA, QVI VEL EX COMITIBVS VEL BARONIBVS ORTI, AVT EX QVIBVS ALIQVI

Epiſcopalem dignitatem adepti ſunt. Inter quos primo loco, antiquitate generis, virtute & fide præſtans

## ALVENSLEBIORVM GENS

*RECENSETVR, QVÆ VDONEM EPISCOPVM Hildensheimenſem, & duos Buſſones Epiſcopos Hauelbergenſes produxit. Collectæ opera & ſtudio*

## M. Hieronymi Henninges

Lunæburgenſis Eccleſiaſtæ.

*Euripides in Hecuba.*

Δεινὸς χαρακτὴρ, κἀπίσημος ἐν βροτοῖς
ἐσθλῶν γενέσθαι. κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις.

Egregia & inſignis inter homines nota bona ſtirpe naſci, & ſucceſſu augetur nobilitatis nomen hominibus dignum.

*Cicero.*

Semper ita ſenſerunt Sapientes, in Heroicis familijs vim naturæ præſtantiorem eſſe quàm in reliqua multitudine, & virtutis ſemina generatione communicari liberis.

*Idem.*

Tantam vim atq; neceſsitatem poſsidet paternus maternusq; ſanguis, ut ſi quod decus ex eo profectum, non intermori, ſi qua macula inde concepta, non facile elui poſsit.

*Magna quidem laus eſt ab honeſto ſanguine naſci:*
*Maior, honeſtatis facta decusq; ſequi.*

*Maxima, noſſe Deum fontem metamq; bonorum:*
*Vti ſorte, piè viuere, ritè mori.*

A. C. CIↃ. IↃ. XIIIC.

# Ad Lectorem.

ITa, candide Lector, natura comparatum eſt, atq; ita à Deo creatore omnium rerum conſeruatoreq; earundem, humanum genus, ſumma ipſius ſapientia ſuſtentatur & gubernatur, ut alter alterius ope indigeat, quod cum in omnibus penè negotijs, tum maximè in ordinibus & officijs gubernationum elucet. Etſi enim ipſe Deus ſapientiſsimo conſilio inſtituit ſummum Magiſtratum, eiq; gladium in manus tradidit, autoritate, honore ac ſumma poteſtate muniuit, ut pij defenſorem habeant in terris certiſsimum, ſitq; malis in terrorem, cui quoq; obedientiam præſtare uniuerſi & ſinguli tenentur, ſub pœna amiſsionis etiam vitæ, in omnibus mandatis, non pugnantibus cum norma illa voluntatis diuinæ in Decalogo nobis præſcripta, ſub quo omne quod honeſtum & utile eſt, comprehenditur: attamen ſolus, qua etiam potentia præditus, omnia adminiſtrare non poteſt. Eligat itaq; prudens gubernator oportet, vel ex ijs qui in æquali cum ipſo gradu dignitatis & geniture (principes intelligo) verſantur, vel qui aliquantum inferioris conditionis ob res tamen præclarè domi foriſq; geſtas, nobili loco poſiti ſunt, qui vices ſuas in eccleſiaſtica politicaúe gubernatione ſuſtinere poſsint. Hinc non ſolum principes viri ad gubernationem Eccleſiarum vel Epiſcopatuum, ſiue ad iuſtum aliquod bellum conficiendum, ſed etiam plurimi ex nobilibus ab Imperatoribus ad hæc munia ſubeunda electi ſunt, quorum aliqui in Epiſcopos, Duces belli ſummos, Ductores cohortium, multi in Equites auratos inaugurati, res maximas geſſerunt. Alij ob prudentiam ad conſilia ab Imperatoribus, Regibus & Principibus in rebus difficillimis adhibentur.

Horum etiam ne intercidat memoria vel incendio vel alio quocumq; caſu, utq; poſteri exempla virtutum in maioribus conſpicua ſemper habeant, ob oculos quæ imitanda ſibi proponant, quo & ipſi memoriam honoratam & ſempiternam ſuis relinquant, operæ precium eſſe duxi, ut eiuſmodi familiæ nobiles, peculiari parte conſignentur.

Rogo autem uniuerſos & ſingulos nobilitate præſtantes viros, qui non tam maiorum ſuorum ſplendore, opibus, diuitijs, potentia, dignitate gloriantur, quàm virtutes ipſorum, ſapientiam, pietatem, prudentiam, iuſtitiam & eloquentiam, quibus gloriæ Dei, Eccleſiæ, patriæ & Reipublicæ ſeruierunt, æmulantur, quorum familiæ mihi nondum ſunt cognitæ, ut eas mihi ex archiuis ſuis depromtas communicare non grauentur, quo & poſteri maiorum exemplis honeſtis incitati, ipſi quoq; virtuti ſtudeant, & ab interitu nobilitas Germanica vindicetur. Vale.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-633708-p0004-2

# ALVENSLEBII COMITES,

ex Entzelio.

Aluo (quem aliqui Albionem patruelem VVidekindi Magni eſſe putant, alij genus ipſius ad Aluonem, qui inter Saxones & Turingos cum Bardone militiam exercuit contra Theodoricum Franciæ regem, circa A. C. 524. referunt) receptus in gratiam à Carolo Magno, & baptizatus A. C. 780. (al. 776) poſt perpeſſam ab Imperatore cladem circa Budam, quæ poſtea Buffda nominata eſt ciuitas in agro Brunſuicenſi, & in Signiferum exercitus ipſius electus eſt. Poſtea Phriſijs præfectus, cum eodem Imperatore Carolo M. Italiam adijt A. C. 801. primasq́ cohortes ſub ſigno militari in quo Leo pictus fuit, Romæ urbi cataphractus introduxit, & re præclarè geſta, cum ſeruituti unà cum militibus ſuis Phriſijs, qui in ſignum eiuſdem torquem ferreum circa collum & crines ad ſuturas uſq; pendulos geſtarunt, ſubiectus eſſet, manu miſſus eſt cum ſuis, & in comitem Imperij electus: arcem Aluenslebianam inchoauit, vixitq́ uſq; ad annum ætatis ſuæ 70.

|

Buſſo comes ab Aluensleben, baptizatus A. C. 781. vigilia Paſchæ, arcem à patre inchoatam abſoluit. Vxor Hitta vel Iutta comitiſſa Zermundenſis, è comitibus ab Altenhauſen & Oſterborch, quæ aliàs Halermundica comitiſſa nominatur.

|

Reinhardus comes ab Aluensleben, qui ad ætatem prouectam peruenit. Vxor Richildis comitiſſa in Arnſtein.

Ditmarus comes ab Aluensleben. Vxor Adelheidis comitiſſa ab Haldenſleben.

|

:....

Richardus perijt cum Sigefrido ab Aluensleben agnato ſuo, Marquardo Hildensheimenſi, Theodorico Mindenſi, Erlulffo Verdenſi, Luthardo Padebornenſi cognato ſuo Epiſcopis, Brunone & Tanquardo ducibus Saxoniæ & multis alijs comitibus, pugnans contra Nordmannos, in quos primum impetum fecit cum Luthardo, A. C. 876. vel 880. ſepultus cum reliquis Ebſtorpij.

VValpurgis fundatrix cœnobij Herſchewerſe.

:....

|

:.... fudit Vngaros auxilio comitis Hoyenſis Bremam vaſtantes, qui etiam tonitruis & aquarum inundatione omnes perierunt, A. C. 913.

|

Ditericus (al. Ditzel) pronepos Ditmari, comes Aluenslebianus, heroica virtute præſtans, interfuit prælio contra Vngaros geſto ab Henrico Aucupe Imperatore A. C. 933. Vxor Haſſburga filia Philippi comitis Reueningenſis (s part. 2. Ger. fac. 13) cognata uxoris Henrici Aucupis, deſponſata ipſi ab Imp. quæ aliquot caſtra in dotem etiam ipſi tulit.

Buſſo II comes ab Aluensleben, vixit A. C. 965. circa quod tempus Otto Imp. cum Edittha coniuge Magdeburgum cum Cathedrali ac monaſterio, quod à Monte nomen habet, condere cœpit. Vxor Hilta comitiſſa ab Alsleuen vel Haluensleuen.

Hatto vel Hector, quòd ſicut Hector Troianus pro patria pugnauit, comes ab Aluensleben. Vicit copijs Ottonis I. Imp. Eberhardum Franciæ & reliquos comites, qui ciuitatem Elmeri occuparant & inhabitatores miſerè trucidarant, quibus pœnæ loco Imperator impoſuit, ſcabioſos canes viuos portare Magdeburgum, ut cogitarent in poſterum, homines non ut canes occidendos eſſe. Hecklingam ædificauit. In bello eiuſdem Imperatoris contra Henetos geſto perijt.

Sigfridus Aluenslebianus. Vxor Anna nobiliſſa de Zana.

Ditericus II (vel Ditzel) comes Aluenslebianus, qui vixit tempore Henrici II. & Conradi II. Impp. & Memoriam Halberſtadij inſtituit. Vxor Cunigildis comitiſſa à VVunsdorff.

Vide fac. 4. litera a.

a § fac. 3.

Ditericus *II. comes ab Aluenſleben. Vxor Cunegundis comitiſſa à VVunsdorff.*

Conradus *comes Aluenſlebianus, qui vixit tempore Henrici III. Imp. & ſeditiones excitatas contra Imperatores quantum potuit repreſſit, fuitq́ ſapiens, bonus, mitis, pacificus & virtutum amans. Obijt A. C. :... Vxor Giſala comitiſſa ab Haldensleuen vel Haluensleuen.*

Sigfridus *comes ab Aluensleben perijt in prælio contra Henricum IIII. Imperatorem geſto ad Vnſtrudam, non procul à Strauſfurto & Fhera, A. C. 1080. 22. Ianuarij. Vxor Mechtildis comitiſſa Arnsbergenſis.*

Reinhardus *II. cum auunculo Hermanno Arnsbergico comite interfuit prælio ad ſyluam VVelphonis geſto, A. C.* 1115. 11. *Feb. ubi ambo occubuerunt. Vxor Anna comitiſſa ab Homborch.*

Ditmarus *II. comes Aluenslebianus vixit temporibus Alberti Vrſi, mortuus A. C. :... Vxor Gertrudis comitiſſa VVælpenſis.*

Buſſo *III. comes Aluenslebianus. Vxor Cunigundis comitiſſa ab Eberſtein.*

Albertus *comes Aluenslebianus ultimus. Vixit enim tempore belli grauiſſimi quod geſtum eſt inter VVildebrandum Archiepiſcopum Magdeburgenſem & Ottonem ac Iohannem Marchiones Brandenburgicos, in quo comitatus hic planè vaſtatus fuit. Interfectus à Rudolpho à Dingenſted Archiepiſcopo Magdeburgenſi, A. C.* 1253. *qui comitatum ad Eccleſiam Magdeburgenſem tranſtulit. Vxor Anna comitiſſa à Mülingen.*

Aluenſlebij nobiles.

Geuerhardus *ab Aluensleben interfuit tranſactioni inter Albertum ducem Saxoniæ Electorem & Albertum duc. Brunſuicenſ. quæ facta eſt ſuper arce Hitzacker, 2 cal. Mar. A. C.* 1258.

Buſſo ab Aluensleben, *qui relicto comitum titulo, inſignia gentis retinuit, & nobilium numero aſcriptus eſt.*

Geruaſius ab Aluensleben, *qui in diuiſione Caluen accepit.*

Truſco ab Aluensl. (*al.* Troſt) *in pugna contra Ditericum Marchionem à Landsberg, circa Biſenburgum (al.* Wieſenburg*) cum fratre Gumprechto & Burchardo (al. Theodorico) nobili domino à Scrapela, cognomine* Lappe / *trecentisq́ equitibus captus, A. C.* 1278.

Gumprechtus ab Aluensleben, *qui etſi cum fratribus damna plurima in bellis Archiepiſcoporũ Magdeburgenſium perpeſſus ſit, nihilominus tamen ad munus Summi Capitanei (ger. Droſten) diœceſis Halberſtadenſis euectus fuit, ſicut & poſteri eius Dapiferorum in eadem diœceſi ac Mareſcallorum in Marchionatu Brandenburgenſi obtinuerunt. Mortuus A. C. :... Huius filij fuerunt*

Albertus ab Aluensleuen *Eques auratus, militiam & graue Martis opus à prima iuuentute ſecutus eſt. Calbam emtam à veteri nobili familia Krocheriorum vallo foſſisq́ muniuit, A. C.* 1324. *Obijt A. C. :... ſepultus cum poſteris in cœnobio Niendorff. Vxor :...*

Fridericus ab Aluensleuen, *Magiſter ſupremus Templariorum, cui totus paruit ordo, Hundsburgam tenuit, pagum Bulſtring & reditus ex Groppendorff familiæ ſuæ adiecit, vixitq́ A. C.* 1307. *Titulus eius fuit: Fridericus ab Aluensleuen domorum militiæ templi, per Alemaniam & Slauoniã vel Slauiã præceptor humilis.*

Gebhardus *Eques auratus & ſupremus capitaneus diœceſis Halberſtadenſis, Calbam tenuit.*

Buſſo *Eques Auratus, cum* Albertus. Iohannes. *fratribus ſine liberis mortuus, ideo Calbam & reliquam hæreditatem accepit Ludolphus, A. C.* 1416, *& Truchſeſij officium reſignat Sibhardo ab Hoym præpoſito Magdeburgenſi. A. C.* 1422.

Albertus *ſupremus capitaneus diœceſis Halberſtadenſis.*

Ludolphus ab Aluensleben. *Vide fac. 6. litera b*

Buſſo ab Aluensleben.

Gebhardus *inueſtitus in Mareſcallum hæreditarium Marchionatus Brandenburgici ab Ottone Marchione & comite Palatino Rheni, A. C.* 1371. *Vxor :... Mansfeldica.*

Reginofridus *comes Aluenslebianus, patruelis præcedentium comitum, qui paci & quieti ſtuduit, comis & affabilis omnibus fuit, erga pauperes beneficus, pius, libros Propheticos & Apoſtolicos diligenter legit. De bellis Epiſcoporum contra Henricum IIII. Imperatorem iudicauit dandum eſſe Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & quæ Dei, Deo, ac* πολυπραγμοσύνῃ *præſulum ſummè deteſtatus eſt.*

Vdo *comes ab Aluensleben, Epiſcopus Hildensheimenſis conſtitutus ab Henrico IIII. Imperatore A. C.* 1079. *Inuiſus cum eſſet reliquis principibus & Epiſcopis Germaniæ, quòd ſummo ſtudio adhæreret benefactori ſuo Henrico IIII. Imp. obſidetur ab Ecberto Marchione Saxoniæ dynaſtaq́ Brunſuigæ, & deditione facta remouetur ab eodem, qui etiam totum Epiſcopatum occupauit. Sed occiſo Ecberto A. C.* 1092. *reſtituitur ab Imperatore in priſtinum dignitatis gradum, præfuitq́ Eccleſiæ ſuæ quietè & fideliter, uſq́ ad annum C.* 1114. *quo defunctus eſt, ſepultus in ſummi templi Hildensheimenſis ſacello Laurentiano.*

Iohannes ab Aluensleben *Truchſeſius vel Dapifer diœceſis Halberſtadenſis, curiam ſuam quam Halberſtadij habuit, Volrado eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, & hic tandem cum ſeptem manſis alijsq́ bonis, argenti examinati* 500. *marcis vendidit ſororibus ordinis Prædicatorum, A. C.* 1289. 3. *id. Maij. Cuius autem hic fuerit filius incertum eſt.*

Ludolphus ab Aluensleue & Fridericus *eius frater, acceperunt ab Henrico domino de VVerbergk præpoſito Magdeburgenſi Pincernatum, unde quotannis habere potuerunt* 10. *marcas,* 7. *quartalia agri ante ciuitatem, quæ dant* 7. *choros. Item præſentiam in ſummo, &c. A. C.* 1363.

Henricus & Ludolphus ab Aluensleben *fortiter, ut ſtrenuos nobiles decet, pugnantes in prælio quod geſsit Magnus dux Brunſuicenſis & Lunæburgenſis contra Epiſcopum Hildensheimenſem Gerhardum Baronem de Monte, occubuerunt, A. C.* 1367. 3. *Septemb.*

# ALVENSLEBII QVI CALBAM INSVLAREM INHABITANT.

b s̄ fac. 4.

Ludolphus ab Aluenſleben *Eques auratus, & hæres arcis Calbæ, reliquarumq́ ditionum, poſt obitum patruelium, qui nullos maſculos hæredes reliquerunt. Obijt A. C. :.. Vxor :...*

Buſſo *Eques auratus & ſupremus Mareſcallus Electoratus Brandenburgici & Capitaneus veteris Marchiæ, qui effecit apud Electorem Brandenburgicum, ut agnati ſimul feudum acciperent, A. C.* 1479. *Obijt A. C. :.. Vxor :....*

Gebhardus *mortuus A. C. :... Vxor :...*

Ludolphus *Eques auratus, circa A. C.* 1510. *Obijt A. C. :.. Vxor :...*

Conradus.

Vickius *mortuus* ἄπαις

Hanſius. *Vxor :...*

Anna *nupta Richardo à Schulenburgk.*

*Ioachimus à Schulenburg, dynaſta in Lœkenitz.*

*Richardus.*

Buſſo *Doctor I. V. & Epiſcopus Hauelbergenſis eius nominis ſecundus, introductus A. C.* 1523. *in vigilia Annunciationis Mariæ. Obijt A. C.* 1548. 4. *Maij, ſepultus ſexto die eiuſdem menſis, qui fuit Domin. Vocemiucunditatis, ætatis ſuæ* 80.

VVernerus.

Buſſo.

Ludolphus *Capitaneus Saliſquelenſis circa A. C.* 1550, *cum in iuuenili ætate fuiſſet in obſidione Viennenſi, A. C.* 1529. *& in expeditione Ioachimi II. Electoris Brandenburgici contra Turcam A. C.* 1542. *Vxor :...*

Aſmus.

Anna *nupta Chriſtophero à Schulenburgk.*

*Leuinus à Schulenburgk Decānus Magdeburgenſis & Præpoſitus Hauelbergenſis.*

*:... nupta :...*

Ludolphus *qui Calbam tenet, ſtudia liberalium artium & pietatem colens etiam bellicis rebus operam nauauit in Gallia & Belgico. Vxor Anna, filia Leuini à Schulenburgk, ducta A. C.* 1575. 23. *Ian.*

Clemens.

**Ludolphus** *Hundsburgum arcem emit à dominis de VVantzleben, A.C. 1453. Obijt A.C. :...*
*Vxor :...*

**Buſſo I.** *Epiſcopus Hauelbergenſis 34. poſtulatus à Iohanne Electore Brandenburgico A.C. 1488 ſub quo cæpit curſus in ciuitatem Sternberg, A.C. 1492. VViſtochienſibus priuilegia ab anteceſſoribus ademta rurſus conceſſit. Obijt A.C. 1496.*

**Vickius** *obijt A.C. :... Vxor :...*

**Albertus.** *Vide huius proſapiam fac. 10. litera d.*
- **Andreas** *ob. A.C. :... ſine maſcula prole.*
- **Vickius** *obijt A.C. :... ſine maſcula prole.*

**Gebhardus** *Capitaneus ſupremus veteris Marchiæ. Obijt A.C. 1541. Vxor :...*
- **Ludolphus ſenior,** *cũ Hoyero comite Manſfeldico copias ſuas coniunxit in expeditione Vngarica contra Turcã A.C. 1542. Curiæ Magiſter factus eſt Sigiſmundi Archiep. Magdeburgenſis, circa A.C. 1560. Gaterslebiam arcem à Repub. Magdeburgẽſi emit A.C. 1573. Mortuus A.C. :... Vxor :...*
  - **Gebhardus** *à pueris ingenuas didicit artes, & Iurisprudentiam: ac Italiam Galliamq́ peragrauit. Vxor :...*
    - **Ludolphus.**
  - *:... elocata Friderico à Schirſtede.*
  - *:... coniunx VVerneri à Schulenburg, f. Iohannis.*
  - *:... uxor Volradi à Croſigk in Beſem.*
  - **Eliſabeth** *nupta Auguſto ab Aſſeburgo, dynaſtæ in Niendorff & Falckenſtein.*
  - **Ludolphus** *inſtitutus à primis annis in doctrina pietatis & artibus liberalib. aulas principum ſequitur.*
- **Gebhardus** *captus in Vngaria à Turcis A.C. 1557, & redemtus 2000. aureorũ Vngaricorũ λύτρων, ſed ibidem diem clauſit extremũ, non ſine veneni ſuſpicione.*
- **Franciſcus** *in Gallia equo delapſus in flumen perijt, A.C. :...*
- **Ioachimus.** *Vide de hoc fac. 8. ſub litera c.*
- **Emerentia** *nupta Andreæ à Meiendorff.*

c 5 fac. 7.

**Ioachimus ab Aluensleben** *natus in Hunnesburgk A.C. 1514. menſe Aprili, educatus à parentibus in doctrina pietatis & honeſtis artibus, ad quas natura procliuis fuit, tantumq́ in primis annis profectum fecit, ut A. C. 1526. Academiam Lipſenſem adierit, inde VVitebergam profectus, ut Lutherum docentem audiret, A.C. 1534 Hinc in Italiam progreſſus ut cœptum ſtudiorum curſum continuaret, A.C. 1538 menſe Auguſto. Relicta Italia, Galliam ingreſſus eſt A. C. 1539. menſe Septemb. In patriam redijt A. C. 1541. menſe Septemb Spiræ ubi comitia celebrabantur A. C. 1544. commoratus & Alberti Cardinalis & Archiepiſcopi Moguntini Magdeburgenſisq́ conſiliarius factus eſt. Quo defuncto etiam Iohanni-Alberto Archiepiſcopo Magdeburgenſi & Adminiſtratori Halberſtadenſi operas ſuas præſtitit, A. C. 1546. Varijs tandem fortunæ caſibus agitatus, relicta aula, in patriam reuerſus, priuata Muſarum caſtra ſecutus eſt & Erxlebiæ duas Bibliothecas publicam & priuatam pro ſuis liberis, omni genere librorum inſtructiſſimas inſtituit, & Locos communes ex SS. Theologia, Iure Ciuili & Canonico, Hiſtorijs ſacris & prophanis conſcripſit:*

*Vxor*

1. *Anna filia unica Iohannis à Bartenſleben, ducta in caſtro Calbæ inſularis, A.C. 1549. menſe Februario, mortua A. C. 1555. 21. Martij, ſepulta Hunnesburgæ. Ex hac nati ſunt ipſi*

2. *Cunegundis filia Iohannis à Monnichhauſen, ducta A. C. 1556. menſe Nouemb. in caſtro Aluensleben, mortua A. C. 1565. menſe Xb. ſepulta Calbæ, ex qua 7. liberi.*

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Gebhardus *obijt Ihenæ, ſub medio ſtudiorũ curriculo, A. C. 1572 20. Apr. ætatis 22.* | Ludolphus. | :... | :... | :... | :... | :... | :... | :... | :... | :... |

3. *Margarita filia Iohannis ab Aſſeburgk, ducta A. C. 1569. in caſtro Erxleben, menſe IXb.*
*Nati ſunt ipſi ex hac 7. liberi.*

d s̄ fac. 7.

Albertus ab Aluensleben *filius Ludolphi, qui Hunneſburgum caſtrum primus acquiſiuit, obijt A. C.:... Vxor:...*

- Achatius *mortuus A. C.:...* *Vxor*
  - Reimarus *alacris & fortis iuuenis, iuſtitiæ obſeruans & vitiorum oſor ultorq́ acerrimus, tractādis armis equiſq́ peritus, doctos nihilominus amauit, ſed in flore iuuentutis mortuus eſt.*
  - Albertus *ſtudijs honeſtis & artibus ingenuis deditus, aulas vitauit, ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis hiſtoriarumq́ cognitione delectatus & animi manſuetudine inſigni præditus fuit.*
- Elias *rei militaris peritiſſimus.* *Vxor:...*
  - Albertus.
  - Hans-Clamerus.
  - Ludolphus.

# ALVENSLEBII NOBILES, QVI GARDELEBIAM TENENT.

VVernerus ab Aluensleuen *qui primus Gardelebiam ad roſtrum ferreum* (zur Iſern Snibben) *emit (ubi ſedem ſuam habuit, & poſteri adhuc caſtrum hoc poſſident) A. C.* 1354. *conſentiente Ludowico Romano Marchione Brandenburgenſi Electore & duce Bauariæ, mortuus A. C.* :... *Vxor* :...

Gebhardus ſenior, *obijt A. C.* :... *Vxor* :...

Gebhardus. Hempo. Achatius.

VVernerus *obijt A. C.* :... *Vxor* :....

Gebhardus *mortuus A. C.* :... *Vxor* :...

Gebhardus *deceſſit A. C.* :... *Vxor* :...

Valentinus. *Vxor* — :... — :...

1. *Anna à Feltheim, vidua Friderici ab Aluensleuen.* 2.

Gebhardus. Chriſtophorus. VVolff-Fridericus. VVernerus. Ludolphus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-633708-p0014-7

# PROGENITORES
## NOBILISSIMI AC MAGNÆ SPEI OPTIMÆQVE INDOLIS PVERI,
# ERICI RANZOVII,
## FRANCISCI F. HENRICI VICARII REGII PER HOLSATIAM N. EIVSQVE SORORIS ANNÆ,
à ſedecim abauis deducta.




*ASpice Ranzouicæ quæ ſint inſignia gentis,*
*Et quid ſimplicitas hæc ſibi, diſce, velit.*
*Non aquilas cernis, non vaſta fauce Leones,*
*Non alias, quarum eſt vis truculenta, feras.*
*Sed ſpacium in binas quod ſoluit linea partes,*
*Quarum eſt prima rubens, alba ſecunda nitet.*
*Hoc ſpacium mentem generoſæ ſtirpis adumbrat,*
*Sed mores animi monſtrat uterq; color.*
*Ampla capaxq́ illi mens eſt ac artibus apta*
*Omnibus, ut ſpacium res capit omne ſuas.*
*Sunt mores illi faciles candoreq́ tincti,*
*Et quos ſimplicitas ornat & alma fides.*
*Sunt etiam, cum res ita poſcit, fortia genti*
*Pectora, quæ gaudent ſanguine, Marte, nece.*
*Hoc voluit ſpacio geminoq́ notare colore*
*Priſca ætas, cui gens hæc quoq; nota fuit.*

*M. Fridericus Dedekindus iunior,*
*Rector Scholæ Lunæburgenſis*
*ad S. Michaëlem.*

# ERICI RANZO

paternum.

Henricus Ranzouius *hæres feudalium bonorū in Itzehoa, obijt ſexagenarius A.C. 1497. ibidemq́ ſep.*

Oligardis Bockwoldia *de Borſtel & Sirhagē, vixit an. 80. Ob. A.C. 1578. Itzehoæ ſepulta.*

Gerhardus VValſtorpius *obijt ſexagenarius Segebergæ, ibiq́ humatus et monumēto à nepote H.R ornatus.*

Catharina Ranzouia, *obijt Pretzij ſeptuagenaria, ibiq́ apud ſorores, quæ fuerunt moniales, ſepulta.*

Theodoricus ab Halle *centenarius obijt.*

Eliſabetha de Buſch

Florentius Ramel *cētenarius obijt, ſepultus Drakenburgæ.*

Heilwigis ab Haue, *ante maritum defuncta et Drakenburgæ humata.*

Johannes Ranzouius *Eques Auratus, dominus in Bredenberg, Bodtkamp, Sirhagen & Melbeck, nec non trium Daniæ regū ſummus belli dux, vixit annos 73. et menſem 1. Obijt in arce ſua Bredenberga, A. C. 1565. Itzehoæ ſepulturæ mandatus & in cripta Ranzouiana depoſitus, quæ varijs marmoreis monumentis & epitaphijs decorata eſt.*

Anna VValſtorpia *ultima eius familiæ in his oris, vixit annos 72. Obijt A.C. 1582. 29. Decemb. & à filio Henrico apud patrem depoſita ac proprio monumento donata.*

Frācíſcus ab Halle, *dominus in Rintlem. Ob. Antuerpiæ A.C. 1553. die 28. Sept. ætatis ſuæ 63. ibidemq́ ſepultus, ubi in columna primaria ædis S. Mariæ marmoreum monumentum illi à genero Henrico Ranzouio erectum eſt.*

Chriſtina Ramel, *quæ cum enixa eſſet filiam Chriſtinam peryt in puerperio A.C. 1533. ſepulta non procul ab arce Raden in Epiſcopatu Mindenſi.*

Henricus Ranzouius *Regis Daniæ in ducatibus Sleſuici, Holſatiæ & Dithmarſiæ Vicarius, præfectus Segebergenſis, dynaſta in Bredenberg, Ranzouisholm, VVandeſburgo, Tuſculabecano, Nuſcow, Melbeck, Gronow & VVellingsbuttel, natus in arce Steinborch, A.C. 1526. 11. Martij, hora 10. poſt meridiem, agens annum ætatis 61. A. C. 1587.*

Chriſtina ab Halle *unica filia Franciſci, hæres in Drakenborch & Rintelem, nata A. C. 1533.*

Franciſcus Ranzouius *Regis Daniæ præfectus in Caſſor. natus A. C. 1555.*

Ericus Ranzouius *natus A. C. 1585.*

Anna Ranzouia *nata A. C. 1586.*

*quibus unà cum parentibus, auo auiaq́ tàm paterna*

ANNO CIↃ. IↃ. XIIIC.

# VII GENVS.

maternum.

Holgarus Roſenkrantz *Erici Equit. aur. F. Dominus de Bellar, in cœnobio Mariæagro in Iutia ſepultus.*

Margarita Fleming *Boety E. A. & domini de Neſſo in Norwegia F. ſepulta Bergis in æde Apoſtolorum in Norwegia.*

Caſparus Ganſius *Liber Baro de Potlitz in ducatu Megapolitano.*

Anna Moltzan *mortua A. C. :...*

Ericus Hardenberg *perit in bello quod Iohãnes R. Daniæ cũ Suecis geſſit.*

Anna Ratenauia *f. Nicolai Magiſtri equitũ in Dania.*

Petrus Lucke *E. A. dynaſta de Kerbygard in Fionia, præfectus VVardburgenſis ac poſt Neoburgenſis, ſepultus Ottoniæ.*

Chriſtina Hog *Nicolai Hog (al. Baner dicti) filia.*

Otto Roſenkrantz *dominus de Bollar & omnium bonorum maternorum in Norwegia, peſte correptus obyt Lubecæ, ibidemq́; in templo Cathedrali ſepultus, pòſt in Iutiam in paternum monumentum tranſlatus.*

Margarita Ganſia *Baroniſſa de Potlitz peryt peſte Lubecæ, octauo die poſt maritum, cum quo inde in Iutiam tranſlata eſt.*

Iacobus Hardenberg *dominus de Huedholm, Ariſchow & Sanholt. Obyt A. C. 1542. ſepultus Ottoniæ in æde S. Iohannis.*

Sophia Lucke *ſepulta Ottoniæ, A. C. 1565.*

Ericus Roſenkrantius *natus in arce Toring, quondam regni Norwegiæ gubernator, dominus de Keſtrup & Neſſo, Obyt Ariſchouy A. C. 1575. ætatis 55. annorum & 8. dierum, ſepultus ibidem.*

Heilwigis Hardenbergia *domina de Ariſchow in Fionia, nata A. C. 1540.*

Anna Roſenkrantia *nata Bergis in Norwegia A. C. 1565.*

*quàm materna ſit vita & felicitas.*

# XVI. KAL. MARTII.

# RANZOVIANA GENEALOGIA,

## PVBLICATA PRIMVM ANNO DOMINI CIↃ. IↃ. XXCV.

RANZOVIÆ CLYPEVS REFERENS INSIGNIA GENTIS.




*Ranzouij rubra eſt Clypei pars dextra, ſiniſtra eſt*
*Candida, ſed caſsis cornua bina gerit.*
*Cornua ſunt robur, Martis color alter, & alter*
*Pacis, utrumq; ſatos nobilitate decet.*
*Forma quid hæc ſimplex? ſimplex fuit ipſa vetuſtas,*
*Simplicitas formæ ſtemmata priſca notat.*

Aliud.

*Quæ nam hæc ſimplicitas à noſtro diſſona ſeclo*
*Annon Ranzouij diuite ſtirpe ſati?*
*Fallor an his paucis ſubſunt quàm plurima? duplex*
*Diſtinguunt clypei, forma colorq́; latus.*
*Perfuſum minio dextrum, candore ſiniſtrum,*
*Candor huic generi ingenuuſq́; pudor.*
*Caſsis habet geminum cornu: Conſtantia fortes*
*Corpore non ſolum ſed quoq; mente facit.*
*Sancta ô ſimplicitas, ô ingenioſa vetuſtas,*
*Quæ tàm ſuccinctè plurima dona notat.*

Aliud.

*Quàm benè cum Muſis communia templa tenebat*
*Alcides forti promtus ad arma manu,*
*Doctrinæ & præſes, membro Iouis edita Pallas,*
*Inuictos animos ad fera bella gerit:*
*Tàm benè Ranzouio fulgent in Stemmate iuncti*
*Hinc certè rubeus candidus inde color.*
*Martius ille color, caſtrenſibus aptus & armis*
*Hic pace & ſtudijs dignus Apollineis.*
*Seu Martem ſpectes Muſasq́; & cætera dona*
*Ingenij, æternum gens ea nomen habet.*

SCipiadas, Brutos, Pompeios atq; Camillos
Æmilios, Fabios Roma ſuperba dedit.
Fabricios curios, & cū Cicerone Catones,
Præſtantes ſtudijs Martis & arte togæ
Æternæ quorum famæ monumenta dicata
Poſteritas, poſitas ſuſpicis & ſtatuas.
Deſine mirari, totidem gens unica terris
Protulit Arctois proxima Ranzouios.
Inter quos Scackco, Caius numeratur & Otto,
Breidoq; cum Paulo Mauritioq; ſimul.
Nicoleos præſtans, & cum Daniele Iohannes,
Qui ducibus Romæ Marte fuere pares,
Quorum dexteritas, nec non Mauortia virtus
Per varios caſus ſæpe probata fuit.
Conſtat enim cunctis, magna quod laude vehendi
Præfecti fuerint militiæq; duces.
Melchior, Henricus, Dethleuus Balthaſarusq;
Bartholdusq; illis annumerandus erit.
Inſignis functa eſt pars munere præſulis horum
Æmula facundi pars Ciceronis erat.
Ac ultra centum Ranzoio ſanguine natis
Eſt ſoſpes noſtro tempore vita ſimul,
Quorum pars Danici Regni ſunt membra ſenatus
Conſilio Holſaticos pars iuuat uſq; duces.

## Aliud.

SVnt duo quæ faciunt ut quis ſit nobilis, Ars, Mars,
Maior ab arte venit gloria, Marte minor:
Maxima nobilitas à laude paratur utraq;
Vt conſummatus, ſic coaleſcat honos.
Vna Minerua Dea eſt ſtudiorum Diuaq; belli,
Præſidet ingenijs militiæq; fauet.
Nobilis in primis igitur Ranzouia gens eſt,
Stemma per antiquum, ceu probat & Clypeus.
Arma nitent duplici, roſeo niueoq; colore
Vnus erit belli, pacis & alter erit.
Cui non ſanguinei roſeus ſit teſſera belli?
Candidus ingenuæ non nota pacis erit.
Quis negat huic genti ſub auito tempore quòd ſit
Indole partus honos, ſanguine partus honos.
Qui tales tantosq; viros non iure fuiſſe
Heroes magnos, iudicet & celebres?

## Aliud.

ARs, Mars, ſors celebres, illuſtres atq; potentes
Ranzouios reddit laude decore, bonis.
Laus artis, Martis decor, & bona plurima ſortis,
Salua manent, pietas eſt quia ſancta comes.

## Aliud.

HActenus ambiguo lis hæc ſub iudice pendet,
Artibus aut armis laus ne ferenda prior.
Ranzouia Pallas litem hanc in gente diremit,
Has illis, illa his poſſe carere negat.
At domus eſt Cymbris, non ulla vetuſtior oris
Pluribus & quæ nunc claret imaginibus.

## Aliud.

HÆc hæc gens illa eſt quæ magnos enſe togaq;
Ranzouidas nobis, illuſtri ſanguine cretos,
Protulit, antiquo referentes ſtemmate Cymbros.
Scilicet in ſobolem virtus tranſire parentum
Conſueuit, bonus atq; bona cadit arbore fructus.
Maternus tantum in natis, tantumq; paternus
Sanguis robur habet: Si quod decus inde profectum eſt
Tollere nulla dies, & nulla iniuria poſsit,
Si macula aut labes ſceleris concepta ſit inde,
Nulla dies unquam memori illas eximet æuo.
Maior & heroas mentes quis nobilis ortus
Vis agitat, tranſitq; unà cum ſemine virtus
In ſeros longa tranſmiſſa propagine natos,
Quam quas ad ſordes, vilesq; abiecit ad artes
Ne cœlo tentent, dignum natura, nec ultra
Seſe auſint hominum communem attollere ſortem,
Nec præſtare alijs, laudatorumq; per ora
Inq; oculos ferri, pulchrum laudabile ducant.

NOBILIS AC VETVSTA FAMILIA RANzouiorum, candide Lector, inter reliquos nobiles Cymbros, Holſatiam ac ducatum Sleſuicenſem qui incoluerunt, noſtra ac patrum memoria celebris extitit. Nam M. Petrus Albinus Hiſtoriographus Electoris & ducis Saxoniæ, euoluens Chronicon quoddam cœnobij Buchauienſis in Miſnia, in vicina Leiſnigiæ ſiti, inuenit præter alia in eo mentionem fieri vetuſtæ Ranzouianæ familiæ, cuius origo ibidem deducitur à VViperto fortiſſimo illo & bellicoſiſſimo comite, ſic tamen ut maiores ipſius ex regione Tranſalbina in Miſniam migraſſe affirmetur, & Ottonem gentes eius præcipuum, tempeſtate bellorum ex Miſnia receſſiſſe rurſus in Holſatiam, ac ibidem loca certa in priſtina patria occupaſſe, in quo etiam Chronico cuiuſdam Scackonis Ranzouij fit mentio, qui vixerunt ambo circa A.C. 1182. quorũ nomina in hac familia adhuc in frequenti ſunt uſu.

Et cum Adolphus III. comes Schowenburgenſis ac Holſatiæ, monaſterium Reinfeldenſe fundauit & extruxit A.C. 1186. præter ſuum, præcipuorum etiam Holſatiæ nobilium inſignia ordine appendi fecit ibidem, ita ut Comitis inſigne primum ſibi, Ranzouiorum verò ſecundum locum vendicet, idq́ prædicti Ottonis ex comite VViperti orti eſſe putatur.

Sic etiam ciſta, in qua priuilegia aſſeruantur, primo loco ducum Sleſuicenſium, comitum Holſatiæ, nec non Epiſcopatus Lubecenſis & Sleſuicenſis inſignia picta habet, poſt hæc proximus locus armis Ranzouicis aſſignatus eſt.

In Archiuis quoq́ Plonenſium priuilegium quoddam extat, in quo ipſis Ius Lubecenſe ab Adolpho IIII. comite Schowenburgenſi conceſſum eſt, A.C. 1236. quod, præter comitem, duo quoq́ Ranzouij tanquam teſtes ſigillis ſuis confirmarunt.

Ex hac familia etiam nonnulli, Innocentij VII. PP. confirmatione uſi, Canonicatum Hamburgi pro poſteris conſtituerunt, Quemadmodum etiam alia beneficia eccleſiaſtica eodem ferè tempore Itzehohæ, Chilouij, Flensburgæ, Sleſuici, Plonæ Prætzenſi fundarunt. Prout Coloniæ, in hodiernum uſq́ diem, memoria Conſtantini de Ranzau, in collegio nobilium virginum, in capitolio celebratur, inſtituta A.D. 1335.

Ranzouios etiam non minus gratia apud Holſatos quàm autoritate atq́ opibus valuiſſe, vel inde colligi poteſt, quòd à Dithmarſis A.C. 1404. iniquitate loci circumuenti & cæſi, ut Ranzouium & Pogwiſcum captum redimerent, oportunam munitionem Delfbruggum, quæ prælustribus viris ut occuparetur conſtiterat & præſidio valido tenebatur, hoſtibus Dithmarſis, conſentientibus principibus & totius nobilitatis flore, reddiderunt.

Neq́ in patria ſolum gratioſos, ſed exteris quoq́ notos & charos fuiſſe, documentum eſt diploma Alberti II. Imp. A.C. 1439. datum, quo ſocietatis ſuæ ſiue ordinis inſigne, nempe Draconem & crucem Adolpho duci Sleſuicenſi ultimo ex Schowenburgenſium familia & Scackoni Ranzouio confert atq́ communicat. His conſtat Ranzouiorum familiam, quantum ad vetuſtatem, decus & res geſtas attinet, reliquis non fuiſſe inferiorem.

Ex hac illuſtri nobilium proſapia, patrum ac noſtra memoria nati ſunt Reueren. princeps Balthaſarus Epiſcopus Lubecenſis ac præpoſitus Sleſuicenſis, D. Iohannes Ranzouius eques auratus, Daniel Ranzouius ſereniſſimorum Daniæ Regum Friderici I. Chriſtiani III. & Friderici II. primarij copiarum militarium ductores ac præfecti, nec non præter hos alij regij per Holſatiam Legati vel Vicarij, Oratores ac Conſiliarij, tàm pacis quàm belli tempore inſignes quàm plures, cuius familiæ ultra centum maſculi ad huc ſunt ſuperſtites. Et nihil aliud eſt familia hæc quam bellicoſorum militum & magnorum ducum quaſi perpetuum ſeminarium, poſſidetq́ arces munitas, caſtra, prædia ac nobilium domicilia ultra 50. quæ in regno Daniæ ac Norwegiæ, in ducatu Sleſuicenſi, Holſatia, Lunæburgenſi, & inferioris Saxoniæ ſunt ſita, & in illis Iurediction em habet minorem & maiorem, id eſt capitis, quemadmodum Comites & Barones in Germania, qua libertate tota Cymbrica ac Danica nobilitas ſuis poſſeſſionibus etiam fruitur. Has prædictas poſſeſſiones ſine maſcula virtute non acquiſiuerunt, neq́ tam diuturno tempore fuerunt tutati, ut maxima pars Ranzouiorum, cenſum equeſtrem Romanorum, nempe Cæſaris Auguſti tempore 10000. coronatorum in bonis & parata pecunia habeat.

*Nonnulli horum, cenſum ſenatorum 25000. coronatorum adæquent, vel etiam, multis interim ad aliquod centena millia progreſsis. Nam ex hac familia quidam noſtro tempore Carolo V. Imperatori, Reginæ Angliæ, Regi Daniæ, ciuitati Antuerpienſi, Gandauenſi, Lubecenſi, Hamburgenſi, aliquot centena millia thalerorum ferè uno eodemq́ tempore mutuo dedit.*

*Hoc etiam monendum eſſe duxi, quòd nomina huius familiæ, Caius, Antonius, Breido, Scacko, Godſcalckus, Otto, Henricus, Gerhardus, Sigefridus, Hanſius VVoldemarus, ſint gentilitia & vetera, Balthaſarus autem, Melchior, Daniel, Caſpar, Petrus, Paulus, Chriſtopherus, Hieronymus & Nicolaus ſint aſſumpta. Cum Cymbricæ regiones Chriſtianam colere religionem cœperunt, poſt Caroli Magni tempora, circa A. C. 834. cum Ludowicus Caroli filius Epiſcopalem ſedem trans Albim in loco Hamburg inſtaurauit, ut Carolus Magnus illud decreuerat, quemadmodum literæ Ludowici, Aquiſgrani eo tempore datæ, teſtantur. Vnde etiam patet, quòd Cymbri Chriſtianæ religioni ultra 600. annos verè addicti non fuerint.*

*Holſatiam autem & vicinas regiones Cymbricam Cherſoneſum à Romanis fuiſſe vocatas patet ex Tacito, Plinio, Strabone & Ptolemæo, præſertim ubi Ptolemæus recenſet extenſionem Cymbricæ poſt Albim fluuium, & ubi commemorat altitudinem polarem urbis Trauenæ 54. G. 40. m. quæ ferè conuenit, paucis exceptis minutis, cum altitudine polari fluuij Trauenæ & oppiduli Trauemundæ, ubi Trauenæ Oceanum allabitur.*

Ex Chronico Chemnicenſi Monſterbergij.

Otto *comes ſeu Burggrauius Liſnicenſis contulit V. marcas annui cenſus monaſterio Chemnicenſi. Vxor VValdenburgia.*

Ex conſignationibus Sebaſtiani Meieri & diplomatibus.

Albero *III. comes Liſnicenſis, dominus in Penig. Vxor Beata de Anhalt.*

Albertus *Canonicus & Cantor Myſnenſis, Præpoſitus VVurcinenſis.*

Otto *Burggrauius Liſnicenſis, dominus in Penig. Obijt A. C. :... Vxor Eliſabetha ex comitibus de Altenburg in Miſnia, quorum antea fuerat dynaſtia Penicenſis.*

Albertus *I. Burggrauius Liſnicenſis, dominus in Penig & Rosburg, &c. ſacellum Penicij fundauit, A. C. 1395. in quo deinceps comitum ſepultura fuit. Vxor Sophia VValdenburgia.*

Albertus *II. cognomine* Hoſpes *Burggrauius Liſnicenſis, dominus in Penig & Rosburg. Vxor Frideruna comitiſſa de Stolberg.*

Otto *Burggrauius Liſn. dominus in Penig & Rosburg. Obijt A. C. :.. Vxor Margarita com. Schwartzb.*

Georgius *Burgg. Liſn. dominus in Penig, bellator ſtrenuus, oppugnauit Rosburgum, obijt veneno in Vngaria A. C. :... Vxor Ioanna Baroniſſa de Colditz matrona animoſa.*

Hugo *Burgg. Liſnic. dominus in Penig & Nepomiſlauia in Bohemia, ultimus in hac familia. Obijt poſt filium A. C. 1538. ſepultus Penigij. Vxor 1. Dorothea Schenckin de Landsperg. 2. Bohemica.*

Georgius *Burggrauius Liſnicenſis, dom. in Penig & Nepomislauia, obijt ante patrem A. C. 1537. ſepultus Penigij. Vxor Agnes comitiſſa de Schuartzburg.*

Amelia *uxor Erneſti Baronis de Schönberg, domini in Glaucha & VValdenburg, quæ familia modo habet bona Penicenſia & Rosburgēſia.*

# DELINEATIO ILLVSTRIS FAMILIÆ LAVDATISSIMI ET

celeberrimi in Germania & Bohemia herois & principis, D. VViperti Comitis Groicenſis, Marchionis Miſniæ & Luſatiæ, Burggrauij Magdeburgenſis, &c. quæ adhuc supereſt in nobiliſsima ſtirpe Ranzouiana, conſcripta à Petro Albino Niuemontio, illuſtriſs. Electoris Saxoniæ hiſtorico & Profeſſore VVittebergenſi.

VVigbertus I. *ortus ex Tranſalbiana regione .i. Holſatia vel Cimbrica Cherſoneſo, dominus ditionis Balſamorum. Vxor Sigena filia Goſwini de Leige.* — *Vide partis alteræ ſecundi & tertij regni in 4. Monarchia faciem 94. 95. & 96.*

VVigbertus *II. illuſtris ille & bellicoſus princeps, qui ob excellentiam vulgò dictus* Graff Wiprecht *à comitatu Groicenſi, &c. Obijt A.C.* 1124. *ſepultus Bigauiæ in monaſterio à ſe fundato. Vxor*

:... *uxor Henrici comitis Leigenſis* — :.. *uxor VVernheri VVeltheimenſis.*

1. *Iudittha Bohemiæ Regis filia, ſepulta in Bgiauienſi monaſterio, A.C.* 1109. — 2. *Cunegunda, &c.*

VVratiſlaus. — V Vigbertus *III. vulgo iunior dictus, &c.* — Henricus *I. Marchio Luſatiæ poſt patrem & comes ſeu Burggrauius Liſnicenſis, obijt A.C.* 1136. — Bertha. — *Ex Coſmæ Pragenſis Chronico.*

Henricus *II. Burggrauius Liſnicenſis, &c. vixit adhuc A.C.* 1143. — *Ex diplomatibus.*

Henricus *III. Burggrauius Liſnicenſis, fundator monaſterij Buchenſis vel Buchauienſis. Obijt A.C.* 1203. *ſepultus in monaſterio ſuo. Vxor Clara.*

Otto *I. Burggrauius ſeu comes Liſnicenſis, profectus tempeſtate in regionem Tranſalbianam i. Holſatiam & loca vicina, unde maiores eius egreſsi erant, condidit ibidem familiam nobiliſsimorum & generoſorum equitum de* RANIZOVE. *Vide fac.* 18. *ſub ſigno* ✠ — *Ex Chronico Buchauienſi & eius appendice.*

Siffridus *Burggrauius Liſnicenſis, donauit montem Leiſnitz dictum monaſterio à patre fundato.*

Albero *I. Burggrauius Liſnicenſis, Arbiter & Tranſactor inter Marchionem Miſniæ Henricum & Conradum Epiſcopum Myſnenſem.*

Hermannus *Burggrauius Liſnicenſis, vulgò autem tantum comes dicitur, ut & alij ex ſequentibus, fortè quia non tenuerunt præfecturam illam Cæſaream, &c. Canonicus Myſnenſis in Eccleſia illa ingenua & nulli Metropolitano ſubiecta.*

Meinhardus.

Meinhardus.

Albero *II. Burggrauius Liſnicenſis, executor pacis publicæ aduerſus latrocinia exercentes nomine Imperij.*

Erhardus *Burggrauius Liſnicenſis, obijt A.C.* 1308. *Vxor* :...

Albertus *Epiſcopus Myſnenſis, eius nominis III. ex præpoſito eiuſdem eccleſiæ.*

Henricus *Burggrauius Liſnicenſis, dominus in Strelou, benefactor Buchouienſis monaſterij.*

Albertus *Burggrauius Liſnicenſis, dominus in Strelou.*

Henricus *Burggrauius Liſnicenſis, qui tandem hoſtis monaſterij Buchauienſis factus eſt, amiſit oppidum Liſnig.*

Henricus *Burgg. Liſnic. A.C.* 1364.

Albertus *hoſtis Chemnicenſis monaſterij.*

Albertus *Burggr. Liſnicenſis, dominus in Penig & Rosburg, interfuit concilio Conſtantienſi.*

Euſtachius *Burg. L. dom. in Penig, Decanus Magdeburgenſis, ſepultus Penigij.*

Alexander *B.L. dominus in Penig & Topauiæ in Bohemia, ſepultus Penigij.*

:... *uxor Philippi Baronis Haſſenſteinij in Bohemia.*

:... *uxor Albini Schlickij comitis de Paſſaw & VVeiſſenkirchen.*

# POSTERITAS OTTONIS I. BVGGRAVII

& vicina loca Saxoniæ, maiorum ſuorum patriam antiquiſsimam, poſt aliquot annos re-
albiana & Vandalia, in territorio Lunæburgenſi, ut habet appen-
etiam Daniæ regni diuerſis locis alijs

✠ ſ fac. 17.

Otto *Burggrauius Liſnicenſis, cuius inſignia in Reinfeldenſi monaſterio Holſatiæ A. C. 1186. ſuſpenſa viſuntur, & quidem primo loco poſt Adolphum III. comitem Schounburgenſem, ſine dubio propterea quòd ex Comitum proſapia oriundus eſſet Otto.*

Scalco *I. militaris de Ranizoue congentilis præfectorum vel Caſtellanorum de Liſnick.*

Scalco *II. militaris de Ranizoue, qui A. C. 1283. in Miſnia fuit apud congentiles ſuos (ut vocantur in appendice Chronico Buchouienſi addita) id eſt agnatos Caſtellanos ſiue præfectos in Liſnick, ut intercederet pro illis apud Imp. Rudolphum I. qui tamen eum per ſex menſes re infecta detinuit.*

Otto *II. militaris de Ranizoue, primogenitus inter decem fratres. Hunc unà cum fratre Britolfo ſecum habuit in Miſnia pater. Obijt A. C. :... Vxor Iutta ex ducali ſanguine procreata.*

Otto *III. militaris de Ranizoue fuit in Miſnia apud congentiles ſuos, A. C. 1362.*

Otto *IIII. de Ranzou, dominus in Salzou, Ranzou, Schlage & Lancker, nec non bonorum in terra Oldenburgenſi iacentium, quæ poſteri eius adhuc poſsident.*

D. Breido Ranzouius *interfuit diuiſioni comitũ Holſatiæ, Stormariæ & Schounborgenſium, nempe Gerhardi ducis Sleſuicenſis, Alberti iunioris & Henrici filiorum Henrici ſenioris ab una parte: & Ottonis Bernhardi præpoſiti Hamburgenſis, Adolphi ac Guilelmi filiorum Ottonis ex altera parte, cum undecim equitibus auratis, inter quos ille primo loco recenſetur, cum multis alijs nobilibus, inter quos etiam fuit Scacko & Henningus Ranzouij, quæ tractatio habita eſt Kilonij A. C. 1390. Huius poſteri tenuerunt Neuerſtorff & Hogenfelde. Obijt A. C. :... Vxor :...*

D. Scacko Ranzouius *Eques auratus deſignatus ab Alberto II. Imp. ſub initium A. C. 1439 & ordini, cuius fuit Draco cum cruce aſcriptus. Diploma Imperatorium cuius vigore dux Sleſuicenſis Adolphus & hic Scacko eo ordini donati ſunt, adhuc in hodiernum uſq; diem in archiuis Gottorpienſibus aſſeruatur. Inſulam Vemerenſem dux belli expugnauit A. C. 1416 Obijt A. C. :... ſepultus in Gickow.*

Nicolaus Ranzouius *cuius poſteros vide 20. ſub ſigno* ♂

D. Henricus Ranzouius *Eques auratus, dominus in Neuerſtorff. Obijt Lubecæ A. C. 1464.*

Scacko Ranzouius *dominus in Hogenfelde. Obijt A. C.*

Detleuus *Canonicus Lubecenſis. A. C. 1465.*

Henningus Ranzouius. *Obijt A. C. :...*

Henningus Ranzouius. *Vxor :...*

Nicolaus Ranzouius. *Ob. A. C. 1571. æt. 63. Vxor Magdalena Ranzouia.*

Paulus Ranzouius *nat. A. C. 1551 29. Mar. h. 12. 30'. Vxor Heilwigis VVenſin.*

- Paulus *na. A. C. 1582.*
- Laurẽtius. *n. A. C. 1578*
- Nicolaus *n. A. 1567.*

Marquardus Ranzouius. *Obijt A. C. 1570. æt. 63. 8. Ian. Vxor Helena Powiſch.*

Henningus. *: Vxor Margarita f. Iacobi Ranzouij. fac. 27.*

Breido.

Nicolaus *Præpoſitus Itzeboenſis*

Daniel Ranzouius *natus A. C. 1534. Præfectus militũ in bello Suetico, nunc reg. Daniæ Friderici II. conſiliarius & præpoſitus monaſterij Vterſen, qui dimidiam partem caſtri Sebegarten in dotem accepit cum uxore Dorothea Alefeldica, ex qua nati*

- Hanſius *A. C. 1567.*
- Franciſcus *A. C. 1574*

Hanſius Ranzouius *in Oldeſlo. Vxor Dorothea Sebeſtedia.*

Iacobus Ranzouius.

Breido Ranzouius *dynaſta in Hogenfelde. Vxor Anna Swin.*

- Mauritius.
- Sigfridus.
- Henricus.
- Matthias.
- Hieronymus.

# LEISNICENSIS EX MYSNIA IN HOLSATIAM

uerſi, ubi ſtirps uoua extitit, generoſæ familiæ Ranzouianæ, quæ non ſolû in regione Tranſ-
dix Chronici Buchauienſis, id eſt, in Holſatia & Saxonia, ſed
plurima hodie bona poſsidet.

---

D. Iohannes *Eques auratus, qui obſignauit priuilegia Plönenſium, A. C. 1236, dominus in Aſcheberg, fuitq́ conſiliarius Adolphi IIII. comitis Holſatiæ in Schounburg.*

*: . . . qui cum fratre teſtis eſt in literis Plönenſibus A. C. 1236.*

---

Bricolfus *vel* Breido *militaris de Ranizoue ſecundo-genitus inter decem.*

---

D. Kagenherus *vel* Caius *I. Eques auratus & militaris de Ranizoue, interfuit tranſactioni factæ inter comites Holſatiæ & ciuitatem Hamburgenſem coram principe Alberto Megapolenſi, A. C. 1340. &c. fuit in Miſnia unà cum Ottone III. fratre apud congentilem ſuum Henricum Caſtellanum Liſnicenſem, hoſtem Buchauienſis vel vallis S. Egidij monaſterij ad componendum diſsidium illud, A. C. 1362. vixit adhuc A. C. 1364.*

Gotſcalcus Ranzouius *cuius poſteri recenſentur fac. 25. ſub ſigno* ♄

Caius *II.* Ranzouius, *cuius poſteros vide fac. 26. ſub ſigno* ♃

---

Caius *vixit A. C. 1469.*

Hanſius. *Obijt A. C. 1485. 2. Octob. ſepultus in Pretzmonſt:*

Henricus Ranzouius *Obijt A. C.: . . . Vxor Catharina Powiſch.*

Hartuicus Ranzouius. *Vide poſteros eius fac. 21. ſigno* ☉.

---

Hanſius Ranzouius. *Vide poſteros eius f. 22. ſub ſigno* ☿

D. Otto *Ranzouius Eques auratus, dominus in Knope, Bulcke, quod caſtrum à fundamento ædificauit, & Regis Daniæ Iohannis ſenator fuit, ſepultus Chilonij in æde D. Iacobi in delubro Ranzouiorum, A. C. 1511. Vxor Anna de Breiden.*

---

Chriſtophorus Ranzouius *dynaſta in Bulcke, Knope, Sehekamp, Borchorſt & Schenckel, præfectus arcis Tunderenſis. Vxor Anna Ranzouia de Pudloſen, obijt A. C. 1571. æt. 60.*

Hieronymus Ranzouius *obijt* ἄπαις *A. C. 1567. Vxor Margarita Brocktorpia.*

Henricus *Ranzouius. Vxor Magdalena Reuentlouia, ex qua nati ſunt ipſi*

---

Otto.

Hieronymus *Ranzouius dominus in Sehekamp. Vxor Anna de Tinen*

Henricus *Ranzouius dominus in Bulcke. Vxor Druda VVelſin.*
— Chriſtophorus *Ranzouius.*

Paulus *Ranzouius dñ. in Knope, natus A. C. 1554. 21. Sep. h. 1. 30′ p. m. Vxor Catharina Alefeldia.*
— Chriſtophorus *Ranzouius*

Hanſius *Ranzouius dynaſta quondã in Borcborſt, mortuus A. C. 1582. Vxor Brigitta Bockwoldia.*
— Henricus *Ranzouius.*

Otto *Ranzouius dominus in Schinkel. Vxor Dorothea Bockwoldia.*
— Henricus *Ranzouius.*

Melchior *Ranzouius dynaſta in Salwich, quod caſtrũ pro Tuſchou, à regia mai. Daniæ titulo permutationis ad ſe trãſtulit. Vxor Dorothea Ranzouia de Quernbeck.*
— Detleuus *Ranzouius.* Henricus *Ranzouius.*

♂ s̄ *fac.* 18.

Nicolaus Ranzouius *vixit cum fratribus circa A. C.* 1469, *ut patet ex literis confœderationis quam nobiles Holſatiæ inter ſe inière contra vicinas ciuitates & quoslibet alios, ſibi contra ius vim inferre volentes, cui* 24. *nobiles huius familiæ ſubſcripſère. Diuiſit etiam cum fratribus bona terræ Oldenburgenſis, ut Salzou, Klampe, Lammershagen, Raſtorp, Siggem, Pudloſen, Bredou, Loerſtorp, Pancker, Holmſtede & Marutendorp, Moriturus cœnobio Prœtzenſi, præter cætera, militare munus, nempe* 28. *equos dedit.*

Benedictus Ranzouius *obijt A. C.* :... *Vxor* :...

Chriſtophorus Ranzouius *natus A. C.* 1503. *dynaſta in Quernebeck. Vxor Heilwigis Seheſtedia, ex qua nati ſunt ipſi.*

Nicolaus Ranzouius *natus A. C.* 1507. *In bello quod Chriſtianus III. Rex Daniæ cum Lubecenſibus geſsit, Tribunus militum fuit, & cum duabus cohortibus ſub Martino Roſſemio in Belgium & Galliam ſe contulit. Deinde præfectus Peinenſis factus eſt, & tandem mortuus Lubecæ* ἄπαις 31. *Aug. A. C.* 1584. *ætatis* 77. *ſepultus ibidem in monumento Ranzouiorum, quod Henricus Ranzouius filio ſuo Theodoro extrui curauerat. Vxor eius* 1. *Lucia de VValſtorp, obijt A. C.* :.... 2. *Margarita de Qualen.*

Benedictus Ranzouius *dominus in Tunderen. Vxor Anna Alefeldia de Sehegarden.*

Chriſtophorus Ranzouius *dynaſta in Marutendorp & Oſterade. Vxor Heilwigis Seheſtedia.*

Chriſtophorus Ranzouius.

⊙ s *fac.* 19.

Hartuicus Ranzouius *filius iunior domini Scackonis, dominus in Schœne Weide*

Otto Ranzouius *dynaſta in Raſtorp.*

Ouenus Ranzouius *præfectus quondam Kilonienſium. Vxor Dorothea Reuentlouia.*

NicolausRanzouius *dynaſta in Raſtorp.*

Nicolaus Ranzouius.

Andreas Ranzouius.

Nicolaus Ranzouius *cubicularius VVilhelmi Landgrauij Haſsiæ, in venatione, aprum interficiens, occubuit A.C.* 1583. *ſepultus à Landgrauio Caſſeliæ.*

Hanſius Ranzouius.

Nicolaus Ranzouius *in bello Gedanenſi, cum Batorus Rex Poloniæ ciuitatem obſideret, peryt.*

Hartuicus Ranzouius.

♀ s̄ *fac.* 19.

**Hanſius Ranzouius** *filius Henrici & D. Schackonis nepos, dynaſta in Nienhus, quam ipſe primus funditus ædificauit. Vir doctus & Canonicus Lubecenſis, verùm reſignato Canonicatu, in uxorem duxit Margaritam Brocktorpiam, ex qua ſeptem liberos ſuſcepit, qui omnes Daniæ Regum, Friderici I. & Chriſtiani III. regij Vicarij, Oratores & Conſiliarij facti ſunt. Obijt Haderslebiæ, ibiq́ in monaſterio ſepultus eſt.*




**Caſpar Ranzouius** *dynaſta in Schmolde nec non Regis Daniæ conſiliarius & præfectus Flensburgenſis, mortuus A.C. 1562. ætatis 77. ſepulturæ mādatus Haderslebij in æde ſacra prope chorū, unà cum uxore quæ fuit Margarita Ranzouia de Neuerſtorp.*

**Melchior Ranzouius** *Regis Daniæ Chriſtiani III. aulæ præfectus ſiue Mareſcalcus ipſiq́ charus. Nam hoc fatis erepto dixiſſe fertur ſe gemmam ex corona amiſiſſe. Diſertus & linguæ Latinæ non imperitus fuit. Bello Lubecenſi inclaruit. Obijt iuuenis & cœlebs, A.C. 1539. ſepultus Haffniæ eo loco, qui coronationi Daniæ regum deputatus eſt.*

**Baltaſar Ranzouius** *Epiſcopus Lubecenſis & præpoſitus Sleſuicenſis, nec non Chriſtiani III. regis Daniæ conſiliarius, captus à nobili Martino à VValdenfels hoſte regis, & abductus in Marchiam, ubi in exilio vitam finijt, ſepultusq́ eſt in templo Blutenſi, vir inſigniter doctus, cum per* 11. *annos Epiſcopatui ſumma cum laude præfuiſſet, A.C.* 1547. *ætatis* 49.

**Henricus Ranzouius** *dynaſta in Schmolde. Obijt A.C.* 1582. *Vxor Heilwigis Blome vidua Ioachimi Ranzouij de Putloſen.*

**Caſpar Ranzouius.** **Ioachimus Ranzouius.** **Hanſius Ranzouius.**

**Hanſius Ranzouius** *regius in Holſatia conſiliarius, præfectus Rendesburgenſis, caſtrum Haſelborch & Muſchentin cum uxore in dotem accepit, quæ fuit Magdalena de Ritzerow, nata A.C.* 1543. 1. *die Aprilis ante meridiem.*




Breido Ranzouius *hæres in Bolgenſtede & Redwiſch, à rege Daniæ Chriſtiano III. in Phriſiam miſſus eſt, cum copijs equeſtribus & pedeſtribus, ut capitaneum Menardum de Hamme obſidione ſolueret, verùm à Dno Georgio Schenckio, Caroli V. Imp. gubernatore Phriſio captus fuit A.C. 1536. Vir eloquens & in ducatibus Holſatiæ, &c. Regis Daniæ locum tenens Pretzenſiſq́ præpoſitus. Obijt A.C. 1562. 13 Octob. ætatis 56. ſepultus in parochia Eggebeke. Vxor Catharina Heiſter.*

Henricus Ranzouius *hæres in* Eſelsmarck & Satwiſch/ *Adolphi ducis Holſatiæ conſiliarius & præfectus Gottorpienſis. Obijt. A.C. 1561. 8. Febr. ſexagenarius penè, ſepultus Roslebij. Vxor Dorothea VVoniſchſledt.*

Sifridus Ranzouius *dominus caſtri Nienhus. Inſulam Vemerenſem & præfecturā Haderslebianam adminiſtrauit, fuitq́ ducis Holſatiæ conſiliarius. Obijt cœlebs & ſepultus eſt in Gikow. A.C. 1576.*

Otto Ranzouius *hæres in Ranzou, Schoneweide & ex burte aliqua caſtri Nienhus, mortuus A.C. 1585. menſis Decembris die 24. octogenarius ferè. Vxor Margarita Alefeldia filia Henrici ab Alefelt, ex qua nati ſunt ipſi*

Hanſius Ranzouius *natus A.C. 1543. 22. May hora 19. 32. m. p. m. bona paterna poſsidet et dominus eſt caſtri Nienhuß, arcemq́ Saxtorff cum uxore Margarita Alefeldia ratione dotis nactus eſt.*

Margarita Ranzouia *nata A.C. 1568. 18. Octob. hora 8 min. 22. ante meridiem, nupta Detleuo Ranzouio Cay filio, fac.*

Henricus Ranzouius. Marquardus Ranzouius. Sigfridus Ranzouius.

Hanſius Ranzouius.

Baltaſar.

Melchior *qui primo equo ex ponte in ſalum Kilonienſe proſiliente vix incolumis euadens tandem in piſcina proxima equo denuo in aquam ſaltante ſubmerſus perijt, A. C. 1585. 10. die Septēb.*

Henricus.




Daniel Ranzouius *dynaſta in Nienhaue & VVoldenhorn, in iuuenilibus annis Imp. Carolo V. operam militarem præſtitit, in expugnatione Dithmarſiæ primum duarum cohortium ductor: Deinde regis Daniæ Friderici II. ſummus belli dux contra Sueciæ regem deſignatus eſt, atq́ hoc munus in ſeptimum uſq́ annum ſumma cum laude adminiſtrauit. Regem Sueciæ aliquot prælÿs ſuperauit, exiguo exercitu ingentes hoſtium copias fudit, ut in campo Aſtorffheide quatuor millibus 26000. hominum proſtrauit. Tandem in obſidione arcis VVarburgicæ, quæ paulo poſt deditione facta, expugnata eſt, globo ex tormento æneo exploſo & per caput ipſius adacto, expirauit 11. Nouem. A.C. 1569. circiter ætatis annum 40. ſepultus in parochia ſua VVeſtenſehe apud Maiores, ſplendido monumento cryptæ eius inſtrato, unà cum alÿs epitaphÿs in memoriam ibidem erectis, ἄπαις. Vir ſtrenuus & linguarum multarum, utpote Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Danicæ ac Germanicæ peritus. Deſponſata ei fuerat Catharina à Damme, quam poſtea ipſius frater Petrus duxit.*

Anthonius Ranzouius *natus A. C. 1533. hæres in VVilſtorff, quod prædium regi Daniæ Friderico II. vendidit. Poſt obitum verò fratris Danielis caſtrum Nienhaue ipſi ceſſit. Vxor Heilwigis Sebeſtedia.*

Anthonius Ranzouius.

Godſcalcus Ranzouius.

Heilwigis Ranzouia *nupta Henrico Bockwoldio Caſparis filio.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-633708-p0030-6

# REGVM GALLIÆ VEL FRANCIÆ FAMILIA TERTIA VVIDEKINDÆA, EX QVA ETIAM

ORTI SVNT ALIQVOT IMPERATORES CONSTANTINO. politani: Reges Siciliæ, Neapolis, Hieroſolymorum, Vngariæ, Nauarræ: Duces Celticæ, Aruerniæ, Biturigum, Alenconij, Borbonij Vindocimenſes, Monpenſerij, Calabriæ, Dyrrachij, Lotharingiæ, Britanniæ, Burgundiæ & Brabantiæ: Comites Andium Pariſiorumq́;, Montfortij & Bigorrenſes, Viromanduorum, Valeſij, Aurelianenſes, Alenconij & Vertuzij, Angoliſmorum, Eboracenſes, Claromontij, Atrebatum & Eſſuani, Cortenæi & Altiſsiodorenſes, Druidenſes & Brennenſes, Britanniæ ac Niuernenſes: Principes Rupis ad Yonam.

*HIS INSERTÆ SVNT FAMILIÆ QVOTQVOT Nauarræ regnum gubernarunt. Item aliquot Reges Arragoniæ, Legionis & Caſtellæ: Bloſij, Briæ, Carnutum, Campaniæ, Turonum & Sanſerræ: Bearnij, Foxij Bigorræ & Toloſæ, Fani S. Ægidij ac Tripolitani comites: Aquitaniæ & Pictonum duces: Delphini Viennenſes & Belloiocenſes dynaſtæ.*





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-633708-p0031-1

**Otto** *vel* **Odo** *vel* **Eudus** *Dux Aurelianenſis, comes Andegauenſis & Pariſiorum, Abbas S.Germani.* Tutor cum eſſet Caroli ſimplicis regis Franciæ, Rex Francorum appellatus eſt, menſe Ianuario A. C. 888. in palatio Compendij, conſecratus & coronatus à Guilielmo Archiepiſcopo Senonenſi. Inſignia regia innumeris depicta lilijs primus ſumſit, quæ reges Franciæ deinceps geſtarunt uſq; ad Carolum VI. R. F. Danos vicit, cæſis uno die 100000. vel 12000. Obijt 3. non. Ian. A. C. 898. ſepultus Pariſijs ad S. Dionyſium.

:.....

**Megingandus** *ab Alberico comite Matiſconenſi interfectus.*

# REGES GALLIÆ VEL FRANCIÆ.

**HVGO Capetus** *vel* **Scaplarius** *cognominatus, Comes Pariſienſis,* Abbas S.Germani, Dux Francorum & Burgundiæ titulo tenus. Ludowico verò ultimo ex poſteritate Caroli Magni veneno necato Regnum Franciæ vi & fauore militum occupauit, A.C. 987. Nouioduni & paulo poſt Remis coronatus ab Arnolpho Archiepiſcopo. Carolum Lotharingiæ ducem ex proſapia Caroli Magni carceri incluſit, in quo mortuus eſt (part. 1. fac. 29.) :... Archiepiſcopum Remenſem Regis Lotharij nothum Epiſcopali ſede mouit, & Gilbertum filij ſui pædagogum reſtituit. Arnoldo Flandriæ comiti repræhendenti ipſius crudelitatem Arteſiæ comitatum & Templum S. Maglorij Pariſijs eripit. Moritur A. C. 998. ſepultus ad S. Dionyſium. Vxor Adelais (al. Auida) filia Eduardi Regis Angliæ vel Eudi Bleſenſis comitis, &c. fac. 38.

**Otto** *vel* **Eudus** *Dux Burgundiæ* ex ſoceri Giſelberti teſtamento, cuius filiam Luitgardin in uxorem duxit. Obijt A. C. 965. ἄπαις. part. 1. fac. 66.

**ROBERTVS pius** *Dux Burgundiæ ſcriptus à* patruo Henrico, eligitur à patre in regem, & coronatur ab Arnolpho Archiepiſcopo Remenſi, A. C. 997. Romam religionis ergò profectus eſt A.C. 1000. Sequentiam, Sancti Spiritus adſit nobis gratia, & Reſponſorium, Iudea & Ieruſalem, &c. multasq; alias cantilenas pias compoſuit, multaq; templa ædificauit. Obijt rex pius, manſuetus & erga pauperes beneficus Meloduni A. C. 1030. ſepultus in æde Dionyſiana. Huic nati ſunt ex

**Hauis** *uxor* Ragneri II. Hannoniæ vel Montenſis comitis. part. 1. fac. 122.

**Lambertus** *pulſus à fratre ad* Ottonem tertium Imp. fugit in Germaniam, cuius poſteri in bellis Friderici Barbaroſſæ in Italiam profecti Hugoniorum Brixiæ gentem conſtituerunt: ad quam etiam Spinularum Mocenicorumq; familias refert Franciſcus Spinula ex hiſtoria Maluetij Brixiani.

Conſtantia filia Gulielmi (al. Gulermi) comitis Prouinciæ, moroſa & difficili fæmina, legitima uxore, ſepulta in Abbatia de Poiſſy ab ipſa dicata.

Roſula filia Berengarij II. Regis Italiæ (part. 1. fac. 32.) vidua Arnolphi II comitis Flandriæ (part. 1. fac. 77. nulli.

**HVGO** *Rex Franciæ à patre* electus A.C. 1024. ætatis ſuæ 10. parentem morte præuenit, ſepultus Compendij in æde S. Cornelij.

**HENRICVS** *I. Rex Franciæ, cum quo frater* Robertus, quem mater huic prætulit, de regno contendit, ſed auxilio Roberti Nortmanniæ ducis victor euaſit, cuius naturalem filium Nortmannia pellere uoluit, ſed nihil obtinuit. Huius regis tempore Berengarius errorem ſuum de Euchariſtia ſparſit in Gallijs. Obijt A.C. 1060. tutorem relinquens filijs Balduinum Flandriæ comitem. Vxor

**Robertus Francus,** *cui à rege fratre* ducatus Burgundiæ in partem attributus eſt. Poſteros eius vide fac. 70. ſub ſigno ♂

**Eudus Francus** *Epiſcopus Altiſiodorenſis,* dux partis exercitus contra Gulielmum nothum Nortmanniæ ducem.

*Alexia vel Aliſa vel Adelheidis* uxor 1. Arnoldi (vel Reinaldi) comitis Niuernenſis. 2. Balduini inſulani Flādriæ comitis. par. 1. fac. 77.

1. :... neptis Henrici III. Imp.

2. Anna filia Galtheri Saueis vel Georgij regis Moſcouiæ.

:... filia infra luſtrum defuncta, matre etiam paulo poſt vitam finiente.

**Philippus** *I. Rex Franciæ.* Succeſſores & poſteros huius inquire fac. 25. ſigno ♀

**Robertus** *iuuenis mortuus eſt.*

## VIROMANDVORVM comites.

**Hugo Magnus** *Viromanduorum comes interfuit bello ſacro, duce Gotfrido Bylionæo, geſto A.C. 1099. Vxor Adella vel Alexia filia Herberti Viromanduorum comitis ultimi.*

**Rudolphus Senior** comes Viromanduorum, Seneſcallus Angliæ, mortuus A. C. :... Vxor

**Simon** *Epiſcopus Nouiodunēſ.*

**Hugo.**

**Auantinus** *Calmontis* (in V Vegcino dominus.

**Mahaltis** *vel* Mathildis uxor Hugonis Baugentij.

:... *coniunx* Bonifacij Marchionis Italici.

**Eliſabeth** nupta

1. Eleonora, quam repudiauit, qua de re diris notatur.

2. Alexia vel Petronella filia Gulielmi V. Pictauienſis, ſoror Eleonoræ Reginæ. fac. 47.

1. Roberto Meulanenſi comiti.

2. VVilhelmo VVarauno comiti Suriæ.

**Rudolphus** *iunior Viromanduorū comes moritur* ἄπαις.

**Iſabella** *Viromādua moritur* ἄπαις, *cum eſſet* uxor Philippi Alſatici comitis Flandriæ. par. 1. fac. 79.

**Eleonora.** *Hæc quoq; ſine liberis mortua eſt,* & nupta fuit

1. Gothofrido filio Balduini Hannoniæ comiti. part. 1. fac. 78.

2. Gulielmo Niuernenſi comiti.

3. Matthæo comiti Bononienſi Philippi Flandriæ comitis fratri. par. 1. fac. 79.

4. Matthæo comiti Bellomontano ad flumen Oſiam.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-633708-p0032-7

## ANDIVM PARISIORVMQVE COMITES, DVCES CELTIcæ ac Burgundiæ, Abbates S. Germani.

II s. *fac.* 3.

**Rupertus** *VVidekindi III. filius, VVidekindi II. nepos, &c. comes Andegauenſis, virtutis ergò inueſtitus* à Carolo Caluo Imp. & rege Franciæ, contra Nortmannos ſtrenuè pugnans pro regno Galliæ occiditur, A. C. 866.

**Rupertus** *II.* (*al.* **Robertus**) *Andegauenſis comes, Dux Celticæ, Abbas S. Germani. Carolo ſimplice in* Gallijs regnante rebus nouis ſtudet & regnum inuadit A. C. 921. atq; ab Heruæo Remenſi Archiepiſcopo ſe conſecrari & coronari fecit, annumq; plus minus unum regnum obtinuit. Nam A. C. 923. in prælio iuxta urbem Sueſſonem manu Caroli ſimplicis cæſus eſt, & ſepultus in Dionyſiano. Vxor :... Heriberti comitis Viromanduorum ſoror.

**Hugo Magnus** *Pariſiorum & Andium comes, Abbas S. Germani & dux* Francorum victus ab Ottone I. Imperatore, affine ſuo. Obijt A. C. 957. cal. Iul. apud villam Dordingam, ſepultus Pariſijs in Baſilica S. Dionyſij. Vxor

1. :... filia Eduardi regis Angliæ ἄπαις.

2. Adelheidis (al. Alduidis) filia Henrici Aucupis Imp. ducta A. C. 938. ſup. fac. 3.

**Emma** *uxor Rudolphi* ducis Burgundiæ & regis Franciæ. par. 1. fac. 27.

**Henricus** *cognomine* **Magnus** *ob prælium quo fudit exercitum Ottonis II. Imp. propè Lutetiam, cum auxilium ferret Lothario regi Franciæ, bellanti cōtra Imp.* A. C. 977. Dux Burgundiæ poſt fratrem Ottonem, cum ſine liberis moreretur, Ducatus Burgundiæ hæredem teſtamento ſcripſit Robertum regem nepotem ex fratre A. C. 1001.

**Hugo** *deſignatus à patre archiepiſcopus Remorum annos natus 6. verū à Pontifice & Clero non receptus, Occupator nominatus eſt.*

**Adelricus** *Archiepiſcopus Remenſis poſt mortem Artaldi electus fratre excluſo. A. C. 962.*

**Beatrix** *nupta Friderico comiti Barri. par. 1. f. 70.*

**Emma** *uxor Richardi I. Normanniæ ducis, ducta A. C. 960. obijt* ἄπαις.

## MONTFORTII COMITES, è quibus & Bigorrenſēs orti.

:... *filia comitis Noniodunenſis, amata Regis, ex qua natus*

**Amaurius** *vel* **Amalricus** *vel* **Almaricus**, *cui pater Agrū oppidi Montiſſortis, quod muro cinxit, dedit.*

**Simon** *I. Montfortius comes. Vxor* :.. **Amaurius** *II.* :... *nupta Hugoni Crecienſi domino, filio comitis* (Rupisfortis magno Fr. Magiſtro.

1. .. :... 2. :... 3. :... filia Richardi comitis Eboracenſis nothi ex Roberto Rotomagenſi Archiep.

**Amaurius** *II, comes montfortēſ.* **Eliſabeth.** **Amaurius** *comes Eboracēſ.*

**Berthrada** *vel* **Bertha**, *cū* qua Philippus I. R. F. adulteria ſua exercuit. fac. 29. Vxor autem fuit Fulconis Rechini Andium comitis, ex qua nati part. 1. fac. 86.

Fulco rex Hieroſolymorum. Sibylla uxor Gothofredi Bullonæi.

**Simon** *II.* **Caluus** *cognomine Montfortenſis comes, obijt A.* C. :.. Vxor Arnice ſoror & hæres Roberti comitis Liceſtrenſis et Rogerij Sanctandriani Archiepiſcopi in Scotia, quæ mortuo marito ſecundum nupſit :... Barrarum domino, à quo natus eſt Guilelmus Barranus eques fortiſſ. ſub Phil. Aug. R. F. Ex Simone II. nati ſunt

:.... *comi*tiſſa Meulani.

**Simon** *III. Montfortenſis & Liceſtrenſis comes*, Saracenos vicit A. C. 1198. Dux contra Albigenſes vel Albigaunos hæreticos eligitur A. C. 1210. quos vicit, & in premium victoriæ comitatum Toloſanum accepit A. C. 1216. ſed in oppugnatione urbis Toloſæ ſaxo ictus interijt, A. C. 1224. (al. 1226.) Vxor Alexia.

**Guido** *comes* Sidonis in oriente.

**Petronella** *uxor* Petri Cortenæi. fac. 63.

**Amaurius** *III. Montfortēſis comes*, qui ſuperiores prouincias ceſſit Ludowico VIII. regi Franciæ, & Conneſtabilis Franciæ factus eſt. Obijt Roma reuerſus A. C. :.. Vxor :...

:... filius, ex quo natus — Iohannes *obijt* in Cypro.

**Iohannes** Montfortenſis. Vxor Ioanna Craonenſis.

**Beatrix** *uxor* Roberti Druidenſis. fac. 64.

**Simon** *Montfortenſis* cū offendiſſet S. Ludowicū R. F. eiusq; matrem: Ioannam comitiſſam Flandriæ & Hannoniæ in uxorem accipere nō potuit. Vocatus itaq; in Angliam ab Henrico III. Ang. R. ſororē ipſius Eleonoram duxit, & Seneſcallus Angliæ factus eſt. In bello ciuili Anglico regem prælio fuſum capit cum Richardo fratre & Eduardo filio, qui è vinculis fugiens prælium renouat, in quo victor exiſtit, & Simon cadit, A. C. 1263.

**Guido** *Bigorrenſis* & Matiſconenſis vicecomes per uxorem Petronellam, quæ prius Gaſtoni Bearnēſi nupta nullos liberos ſuſceperat, ſed hoc nati ſunt

**Philippus** *dominus* Fertæ Aleſtæ, S. Ludowicum regem in Ægyptum ſecutus eſt, et victoriæ cōtra Manfredum partæ autor fuit, cum eſſet præfectus caſtris Caroli I. Siciliæ regis.

:... *deſponſata* Iacobo maximo filio Petri Arragoniæ regis, ſed non nupta.

:... *uxor comi*tis Commingēſis.

**Eleonora** *coniunx* Vindocimenſis comitis.

**Héricus** occiſus in prælio cum patre contra Eduardū commiſſo A. C. 1263.

**Simō** Eques Gallicus.

**Guido** dynaſta Bennæ et gubernator Hetruriæ. Henricum filium Richardi Angli, & Cæſaris in æde S. Laurentij Viterbij interfecit A. C. 1271. In Sicilia verò captus vinculis perpetuis obſtrictus obijt. Vxor :... filia Rudolphi comitis Anguillariani.

**Amaurius** præfectus ærario Eboracenſi.

**Eleonora** nupta 1. Petro Cortenæo fa. 63. Henrico Sallienſi domino.

:...

**Eſchibatus** Bigorrenſis comes mortuus ἄπαις. Hic comitatum ſuum dederat Simoni patrueli, qui ius ſuū ceſſit Theobaldo VII. regi Nauarræ, comiti Campaniæ & Briæ, patruo reginæ Ioannæ uxoris Philippi pulchri. Alij huic attribuunt filiā

**Iordanes** obijt ἄπαις ante fratrem.

**Alexia** Turanienſis vicecomitiſſa.

**Mahaltis** Thierenſis comitiſſa, Philippi Flādri uxor

**Martham** *nuptam Gaſtoni Bearnij comiti I.* qui cum ea Bigorrenſem comitatum accepit. fac. 41.

**Philippus** *Montfortenſis*, **Anaſtaſia** *Montfortenſis*, **Nolana** *uxor Romani Vrſiniani.*

♀ 5. fac. 26.

**PHILIPPVS I.** *Rex Franciæ natus A. C. 1046. Biturigum terras, Vaſtinium & montem Melianum argento emit. Poſtea voluptati & laſciuiæ ſe totum dedidit. Obijt Meleduni A. C. 1106. (al. 1109.) regni poſt patrem 46. ætatis 60. Sepultus in monaſterio S. Benedicti ſuper fluuium Ligirim ante aram maximam. Huic nati ſunt ex*

Bertha filia Florentij I. comitis Hollandiæ legitima coniuge, quam Monſtrolium ad mare relegauit. part. 1. fac. 143.

**LVDOVVICVS VI.** Craſſus *Rex Franciæ natus A. C. 1076. coronatus Aurelijs ab Archiepiſcopo Senonenſi, à finibus ſuis repulit Henricum V. Imperatorem, & cum Angliæ Rege Henrico I. propter Nortmanniam bellum geſſit. Templum D. Victoris Pariſijs erexit. Obijt Pariſijs A. C. 1136. (al. 1137.) cal. Aug. Sepultus ad S. Dionyſium. Vxor*

Conſtantia nupta

1. Hugoni comiti Campaniæ, à quo propter ſanguinis coniunctionem eſt ſeparata. fa. 38.

2. Boëmundo I. Curbeſſina cognomento principi Antiocheno.

1. . . . . filia Guidonis comitis de Rupeforti Seneſchalli Franciæ, propter ſanguinis coniunctionem inſtinctu Paſcalis II. PP. repudiata.

2. Ardelina vel Alexia vel Aliſa (al. Adelheidis) filia Humberti Morienneníis Sabaudi, ſepulta in monte Martyrum. Hac nati ſunt

Philippus *Rex Franciæ creatus à patre & coronatus à Rainaldo Archiepiſcopo Remis, 18. cal. Apr. A. C. 1129. Regnauit cum patre annũ 1. m. 6. Obijt Pariſijs caſu equi turbati à porco in pedes eius* tumultuante. 3. Id. Octob. A. C. 1131. ſepultus in æde Dionyſiana. Huius interitum D. Bernhardus patri aliquot menſes antè prædixit.

Ludowicus *VII.* Iunior *vel* Pius *Rex Franciæ creatus à patre A. C. 1131. & coronatus Remis ab Innocentio II. PP. 8. cal. Nouemb. regnauit poſt patrem annos 45. menſem 1. dies 19. Dimicauit cum Turcis prælio maritimo, ſed propter proditionem Syriorum ac Græcorum Turcis colludentium in Franciam redire coactus eſt. Obijt A. C. 1181. 14. cal. Oct. ætatis ſuæ 60. ſepultus in monaſterio Ciſtertienſi Barbeel dicto & à ſe condito. Vxor*

Henricus *Monachus Clareuallenſis, deinde Epiſcopus Bellouacenſis, poſtremo Archiepiſcopus Remenſis factus eſt.*

1. Eleonora filia & hæres Guilhelmi ducis Aquitaniæ, Pictonumq; comitis, quam duxit patre Compoſtellis mortuo, accepitq; in dotem Aquitaniæ ducatum & Pictonum comitatum. fac. 47. Hanc accuſatam proditionis & adulterij repudiauit, alij tamen repudij cauſam ſanguinis coniunctionem autumant. Hac natæ ſunt

2. Conſtantia filia Alfonſi VII. Imperatoris (ut dici voluit) vel regis Hiſpaniæ, quæ in puerperio expirauit.

Maria *uxor Henrici Largi comitis Briæ & Campaniæ, Palatini Trecenſis. fac. 38.*

Alexia *vel* Aliſa *vel* Aalitz *uxor Theobaldi IIII. Bleſenſis comitis Palatini. fac. 41.*

Margareta nupta

1. Henrico filio Henrici II. regis Angl. aſcito in regnum à patre moritur A. C. 1181.

2. Belæ (al. Ladiſlao) Regi Vngariæ.

Adela *vel* Adelheidis, *vel* Adelaidis, *in cuius partu mater expirauit.*

1. Iſabella filia Balduini IIII. comitis Hannoniæ (part. 1 fac. 81.) ducta altera die ☽ poſt feſtum Paſchatos A. C. 1180. accepitq; cum ea in dotem regionem quæ nunc Arteſia nominatur, coronata cum marito in Dionyſiano per Guidonem Senonenſem Archiepiſcopum, die Aſcenſionis Domini, 29. videlicet Maij A. C. 1180. Obijt Lutetiæ 20. Feb. A. C. 1189. & in ſummo templo ſepulta eſt. Hac natus eſt

Ludowicus *VIII.* mitis *cognomento, Rex Franciæ, natus A. C. 1187. 6. Septemb. Lutetiæ, coronatus Remis A. C. 1224. 21. Aug. Hic etſi viuo adhuc patre in Angliam ductus & loco Iohannis ſine terra regis Angliæ Londini acceptus ſit: tamen illo veneno ſublato in Galliam remiſſus eſt, ubi Anglos qui partem Aquitaniæ & Pictauij occuparant regno eiecit. Montpenſerij vita defunctus eſt 7. Id. Nouẽb. A. C. 1226. cum regnaſſet poſt patrem annos 3. menſes ferè 4. ſepultus in Dionyſiano cum uxore Blanca filia Alfonſi VIII. regis Caſtellæ vel Hiſpaniæ, quam duxit A. C. 1200. mortua verò eſt A. C. 1250. Hæc poſt obitum mariti Regens Franciæ nominata eſt, quod ægrè ferentes proceres bellum ipſi intulerunt.*

*Vide* ♃ *fac. 30.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-633708-p0034-8

Bertrada filia Simonis I. Monteſortenſis comitis uxore Fulconis Rechini vel aſperis Andegauenſis comitis & regis Ieroſolymorum, cum qua abſente marito annos 7. in adulterio vixit. ſup. fac. 27.

Cecilia, cuius maritus

1. Tancredus nepos Bohemundi ex ſorore.

2. Pontius comes Tripolitanus. fac. 48.

Philippus. Huic pater dedit agrum Magdūnenſem ad Eboram, ubi filiam Galterij Montisherienſis domini duxit, ſed ager ipſi propter perfidiam à Ludouico Craſſo R. F. eſt ademtus, qui gratioſè vitam ipſi indulſit.

Florius.

Robertus comes Druidenſis. Poſteros huius vide ſub litera M fac. 64.

Petrus Cortinæi dominus. Huius proſapiam vide ſub litera L fac. 62.

Philippus ſummus Lutetiæ Archidiaconus. S. Petri Corbelienſis abbas, qui electus Pariſiorum Epiſcopus virtuti doctrinæq́; Petri Lombardi M. Sententiarum dignitatem ceſſit.

Conſtantia, quæ regina nominatur, nupta

1. Euſtathio filio Stephani regis Anglorum. fac. 38.

2. Raymundo comiti Toloſano. fac 48.

3. Alexia vel Ala filia Theobaldi Magni Briæ & Campaniæ comitis, Palatini Bleſenſis. fac. 38 Hæc Pontignij ad patrem ſepulta eſt, mortua Lutetiæ menſe Aprili A. C.: . . .

Philippus II. Bornius, Auguſtus, qui & Debellator & à Deo datus dicebatur, natus 11. cal. Sept. A. C. 1165. in regem Fr. creatus à patre A. C. 1180. & coronatus à Guilhelmo Archiepiſcopo Remenſi auunculo ſuo cal. Nouemb. Edicto cauit publico ne quis blaſphemaret, & omnes Iudæos regno eiecit. Lutetiam ædibus exornauit egregijs & muro cinxit. Bella geſſit cum Richardo rege Angliæ, Turcis & Flandris. Regnauit poſt patrem annos 42. & aliquot dies. Moritur A. C. 1223. menſe Octobri, in Dionyſiano ſepultus. Vxor

Adella deſponſata quidem Richardo I. duci Aquitaniæ & regi Angliæ, ſed nupta Guilhelmo comiti Ponthiuano

Agnes uxor Alexidis filij Emanuelis Imperatoris Conſtantinopolitani.

2. Iſamberga vel Gelberga, vel Elberga, ſoror Regis Daniæ, quam duxit A. C. 1193. Ambianis: cum qua de ſententia Guilhelmi Cardinalis diuortium conſanguinitatis ſpecie fecit, eamq́; intra tertium menſem in Stamparum arcem conijci iuſſit. Sed hæc ſententia póſt decreto Innocentij III. PP. tanquam illegitimè lata, reſciſſa eſt, & Iſamberga reducta A. C. 1201.

3. Agnes filia Bertholdi IIII. ducis Meraniæ, Dalmatiæ & Iſtriæ, quam de ſententia Innocentij III. PP. rurſus dimiſit. Hæc verò ex mœrore & impatientia doloris, atq; indignatione animi ob reductam Iſambergam obijt Poſſiaci A. C. 1201. part. 1 fac. 52 Hac nati ſunt

Philppus comes Bononienſis, princeps coniuratorum contra Blancam Regentem Galliæ eiusq́; filium S. Ludouicū. Huic pater tribuit Claromontanum comitatum. Poſtea in S. Ludouici regis. F. prima expeditione in Aſiam occiſus eſt A. C.: . . . Vxor Mathildis filia & hæres Reginaldi Bononienſis & Dammartinæi comitis. part. 1. fac. 71.

Ioanna uxor Gaucherij Caſtilionæi S. Agnani domini, A. C. 1236. qui in prima expeditione S. Ludouici occiſus eſt. (fac. 62.) Ipſa vidua ſine prole ante matrem obijt.

Maria deſponſata quidem Arturo comiti Britanniæ, ſed eo ante diem nuptiarum mortuo nupſit

1. Philippo Namurcenſi Balduini Imperatoris Græci fratri & comiti Flandriæ. par. 1. fac. 81.

2. Henrico duci Lotharingiæ.

2. ſ. fac. 28.

**Ludouicus** *VIII,* **mitis,** *Rex Franciæ, obijt A. C. 1226. Vxor Blanca filia Alfon-*

**Philippus** *iuuenis mortuus, cum ei deſponſata eſſet Agnes filia Hermanni comitis ex Mathilde Cortinæa, ſepultus Lutetiæ in ſumma æde Mariana.*

1. **S. Ludouicus** *IX. Rex Franciæ, natus 25. Aprilis, qui eſt dies Marci Euangeliſtæ, A. C. 1213. electus in regem anno ætatis ſuæ 12. coronatus verò à Sueſſionenſi Epiſcopo cal. Decemb. A. C. 1226. Angliæ regem bellum ſibi inferentem inſtinctu aliquot Baronum Galliæ fugauit, & pacem petere coëgit. Collegium Sorbonnæ in urbe Pariſiorum & plures alias Scholas inſtituit A. C. 1236. Coronam ſpineam Chriſti à Venetis præſenti pecunia emit. Expeditionem mouens contra Turcos Damiatam Nilo circũdatam cepit. In obſidione Maſſenæ captus eſt, militibus ſuis partim etiam captis, partim occiſis, ſed dato λύτρῳ in Franciam redijt. Iura ſuis reſtituit, templa exornauit, hoſpitalia ædificauit. Secundam mouens expeditionem contra hoſtes Chriſtiani nominis Carthaginem abſq; magno damno cepit. Tunetum verò obſidens moritur ventris profluuio 8. cal. Septemb. A. C. 1270. Corpus in Gallias relatum Pariſijs ad S. Dionyſium conditum eſt. Inter diuos relatus eſt à Bonifacio VIII. PP. A. C. 1294. Deſponſarat huic pater Agnetem filiam Hermanni comitis Niuernenſis, relictam fratris ſponſam, ſed duxit Margaretam filiam Raymundi Berengarij comitis Prouinciæ Phocenſis, quæ Franciſcanos ædemq; S. Marci ad Lutetiam fundauit, ubi vidua vitam tranſegit mortua A. C. 1285.*

**Ludouicus** *deſponſatus Berengariæ maximæ filiæ Alfonſi X. regis Caſtiliæ & Yolandæ Arragonum reginæ, ſed anno ætatis ſuæ 18. moritur, & in eccleſia Malobuiſſonenſi ad Ponthoſiam ſepelitur.*

**Philippus** *III.* **audax** *Rex Franciæ creatus 8. cal. Septemb. A. C. 1270. in caſtris Tunetanis, coronatus die penultimo menſis Auguſti A. C. 1271. Brochium chyrurgum ſuum ſuſpendio mulctauit, quod ſecreta ſua inimicis reuelaſſet. Hiſpãis bellũ intulit, cumq; Arragoniæ regnũ occupare conaretur, moritur apud Perpinianum prid. non. Octob. A. C. 1285. ſepultus in Dionyſiano Vxor*

*1. Iſabella filia Iacobi I. regis Arragoniæ ducta A. C. 1262. cum qua Carcaſſonam in dotem accepit. Ex Aphrica rediens grauida obijt in Apulia A. C. 1270.*

**Petrus** *comes Alenconij auxiliatrices copias ducens in Italiam contra Siculos à Carolo deficientes in Apulia naturæ conceſſit. Itaq; cum maſculis careret ditio ad patrem redijt A. C. 1282. Vxor Ioañа filia Iohannis Bleſenſis fac. 41.*

**Mathildis.**

**Ludouicus** *veneno ſublatus iuuenis A. C. 1275. & in Dionyſiano ſepultus.*

**Philippus** *IIII.* **Pulcher** *Rex Franciæ creatus A. C. 1285. coronatus A. C. 1286. 8. Id. Ian. magnanimus & bellicoſus princeps. Guidonem Flandriæ comitem fouentem regis Angliæ partes bello vicit, & captiuum cum duobus filijs abduxit, & Flandros per annos 15. duriter afflixit, tandemq; in monte Piauro 36000. Flandrorum occidit, ac pacẽ petere eos coëgit. Obijt ex lapſu equi quem ſcropha in venatione euertit. A. C. 1313. (al. 1314) 3. cal. Decemb. fac. 40. & 60. ſepultus Pariſijs in Baſilica S. Dionyſij. Vxor Ioanna filia & hæres Henrici regis Nauarræ, ducta 18. cal. Septemb. A. C. 1284. Vitam finijt in Vicennarum ſaltu A. C. 1313. 2. Aprilis, Lutetiæ in æde Franciſcanorum condita.*

**Ludouicus X. Hutinus** *(i. Capito) natus A. C 1289. 3. Oct.* Rex Franciæ & Nauarræ. Poſt defunctam enim matrem rex Nauarræ inauguratur 1. Octob. A. C. 1307. Pompelonæ. Mortuo verò patre Rex Franciæ factus eſt & coronatus 7. Calend. Iul. A. C. 1315. Iudæis liberum fecit in Galliam reditum: Petri Lugdunenſis Archiepiſcopi conatus (ſumentis ſibi regiam Iuriſdictionem) repreſſit. Enguerranum de Marignio equitem auratũ, quod patris theſauros ſurripuiſſet, ſuſpendio necauit. Obijt no. Iul. A. C. 1316. in ſaltu Vicennarum, in Dionyſiano ſepultus. Vxor

**Philippus V. Longus** *vel* **Magnus** à corporis ſtatura, Rex Franciæ ex comite Pictauienſe creatus 7. cal. Iul. A. C. 1316. qui neq; ab Eccleſia neq; à populo quæ petebat tributa impetrare potuit. Obijt 8. Id. Ian. A. C. 1321. ſepultus Pariſijs ad S. Dionyſ. Vxor Ioanna filia Othelij comitis Burgun. (fa. 61.) ſepulta in æde Franciſcanorum. par. 1. fa. 58.

1. Margareta filia Roberti ducis Burg. ducta Veronæ A. C. 1305. die S. Matthæi. In adulterio deprehenſa carceri includitur, in quo moritur A. C. 1313 & miſerè ſepelitur. Ex hac nata eſt

2. Clementia filia Caroli Martelli Regis Vngariæ, neptis Caroli II. regis Siciliæ, ſepulta Lutetiæ in Franciſcanorum æde. Ex hac natus eſt fac. 56.

**Ludouicus** puer obijt Lutetiæ in æde Franciſcanorum ſepultus.

**Ioanna** promiſſa Alfonſo XI. Caſtiliæ regi, deſpõſata Hugoni VI. duci Burgundiæ, ſed nupta Eudo V. duci Burgundiæ. fac. 71.

**Margareta** promiſſa Alfonſo iuniori regi Hiſpaniæ, ſed nupta Ludouico Flandriæ comiti. part. 1. fac. 82.

**Iſabella** promiſſa eidẽ Alfonſo, ſed nupta Guidõi com. Albonẽſi Viẽnæ Delphino. fa. 74

**Blanca** monialis in Longicampi monaſterio mortua A. C. 1358. 26 Aprilis.

**Maria** uxor Huberti Viennæ Delphini. fac. 74

**Ioanna** reginaNauarræ, uxor Philippi comitis Eboracenſis, qui cum ea regnum accepit. fac. 42.

**Margareta** uxor 3. Ludowici Malani comitis Flandriæ.

**Iohannes** *poſthumus tantum per octiduum vixit, ſepultus Pariſijs in Dionyſiano.*

*ſi VIII. regis Caſtiliæ. Obijt A.C. 1250.*

4. Robertus *primus Atrebatum comes, mortuus in oppugnatione urbis Damiatæ A. C. 1250. Vide poſteros huius K. fac. 60.*

2. Alfonſus *comes Ponthieuræ & Toloſæ Pictauijq́; Vxor Iohanna filia Raymundi Toloſatis unica, ex qua prolem non ſuſcepit. fa. 48.*

3. Carolus *comes Andium Cenomannorum, & Narbonẽſis prouinciæ, Rex Siciliæ atq́; Neapolis. Conſule ♉ fac. 56.*

Iohannes, *cui deſponſata fuit Yolanda Petri Druidenſis cognomine Mali Clerici, comitis Britanniæ filia, in iuuentute mortuus. fa. 66.*

∴.. *quæ immatura ætate obijt.*

Iſabella *deſponſata quidem Hugoni filio Hugonis Luſignani comitis Marchiæ Angoliſmorumq́; ſed monaſterium ad S. Cloaldum ingreſſa eſt.*

---

Robertus *comes Claromõtanus apud Bellouacos inſtitutus, à quo Borbonij deſcendunt. Vide * fac. 51.*

Iohannes Triſtanes *cognomento, quod patre captiuo natus eſt: obijt in obſidione Tuneti A. C. 1270. Vxor Yolanda Burgundiaca & Niuernenſis comitiſſa, quæ poſtea nupſit Ruberto comiti Flandriæ. f. 71*

Blanca *nupta* Ferdinando de la Cerda filio Alfonſi X. regis Caſtellæ. Vidua monialis S. Marci ad Lutetiam facta eſt.

Maria uxor Caroli Valeſij fac. 46.

Iſabella *uxor* Theobaldi VII. regis Nauarræ & comitis Campaniæ Briæq́; qui mortuus eſt Drepanæ in reditu ex Aphrica. fac. 40.

Margareta *nupta* ∴.. *Duci Brabantiæ.*

Agnes *coniũx Roberti III. ducis Burgundiæ. fac. 71.*

---

part. 1. fac 124.

2. Maria filia Henrici manſueti ducis Brabantiæ ducta A.C. 1275. obijt ex veneno.

Carolus Valeſius *dictus ſine terra princeps.* Vide poſteros eius in ſigno ♂ fac. 32.

Robertus *immatura ætate mortuus.*

Ludouicus *comes Eboracenſis vel Eureuſij.* Vide huius familiam in ſigno E fac. 40.

Margareta *uxor Eduardi primi regis Angliæ.*

Blanca *nupta fuit*

1. Iohanni Namurcenſi Hannoniæ comiti filio Guidonis comitis Flandriæ. part. 1. fac. 83.

2. Rudolpho filio Alberti I. Imp. Auſtriaci par. 1. fac. 170. A.C. 1299.

---

Carolus IIII. Pulcher *rex Franciæ ex comite Marchiæ creatus A. C. 1321. 8. Id. Ianuarij: coronatus 9. Febr. anno eodem. Primus Papæ decimas promiſit, ut quæſtus particeps fieret, Anglos Guyenna repulit. Obijt cal. Febr. A.C. 1328. ad ſaltum Vicennarum, ſepultus Pariſijs in æde Dionyſiana Coniuges eius fuerunt*

Robertus *mortuus anno ætatis 12. cum Conſtantia filia Friderici III. regis Siciliæ ipſi deſponſata eſſet.*

Margareta.

Iſabella *nupta Eduardo II. regi Angliæ.*

Eduardus Angliæ Rex III. qui de Regno Franciæ certat cum Philippo Valeſio rege, cui bellum grauiſſimum & cruentiſſimum infert.

Blanca *in iuuentute mortua.*

1. Blanca filia Othelij comitis Burgundiæ, propter adulterium repudiata & carceri incluſa, A. C. 1313. fac. 61. & part. I. fac. 58.

2. Maria filia Henrici VII. Imperatoris, amita Caroli IIII. Imp. ſepulta in æde monialium S. Dominici ad Montargium, mortua in abortiuo partu filiæ, quæ fuit part. 1. fac. 158.

Blanca *mox à baptiſmo ad ſuperos migrauit, matre ſtatim ſubſequente.*

3. Ioanna filia Ludouici comitis Eboracenſis, quæ obijt 4. Martij A.C. 1327. fac. 40. ſepulta in Dionyſiano. Ex hac natæ ſunt

∴.. Maria, *ambæ immatura ætate obierunt.*

Blanca *poſthuma nupta Philippo Franco duci Aureliano. fa. 32.*

♂ ſup. fac. 31.

**Carolus** *Valeſiorum comes 1. Alenconij 2. princeps ſine terra nominatus, fratri uniuerſam penè dit, eumq́ regem dixit, donec ipſe ex pacto conuento pacis cauſſa renunciauit. Conſtantinopoleos Im- fugat, A.C.1324. Obijt Lutetiæ cal. Ian. A.C.1325. & in æde Iacobitarum ſepelitur. Vxor*

1. Margareta filia Caroli II. regis Siciliæ ducta Corbellij (fac. 57.) cum qua Andium & Cenomannorum comitatum accepit.

**Philippus** *VI.* **Valeſius** *Rex Frãciæ electus à procerib. regni, A.C.1327. cal. Febr. coronatus Remis à Guilelmo Triano Archiep. 4. cal. Iun. Huic bellum intulit grauiſs. Eduardus III. rex Angliæ, & initio 20000. Flamingorum profligauit apud Caletum. Poſtea varia fortuna uſus, tandem exercitus eius ad Creciacum deletus eſt, in quo frater perijt, & ad 35000. deſiderati ſunt, A.C.1346. Obijt Nogenti 22. Iun. (al. 10. Aug.) A.C.1350 ſepultus ad Dionyſium. Vxor*

**Carolus** *Carnutenſis et Alenconij comes.* Vide H f.46

:... *poſtulata in matrimoniũ ab Eduardo filio Iohannis Balullij regis Scotiæ.*

:... *poſtulata ſpõſa Friderici Auſtriaci à patre Alberto I. Imperat.*

**Ioanna** uxor VVilhelmi III. comitis Hollandiæ, Selãdiæ & Hanoniæ, quæ poſt obitum mariti mortui 6. Iunij A.C.1337. monaſterium Altauillæ (Fontanellæ) ingreſſa eſt, & inter Reges Franciæ Angliæq́; ad Tornacum inducias compoſuit. part. 1. fac. 145.

**Margareta** nupta 1. Guidoni Caſtilionæo Bleſẽſi comiti. f. 41. 2. :... Namurcenſi comiti.

**Iſabella** monialis Poßiaci.

**Iſabella** iuuenis obit ſepulta in abbatia Valeriana.

:... uxor :... ducis Lotharingiæ.

:... *Fonteuerallioru abbatiſſa.*

1. Iohanna Burgunda filia Roberti ducis Burgundiæ, ſoror Eudonis V. coronata A.C.1328. die Trinitatis, mortua A.C.1349. in Dionyſiano ſepulta. fac. 71.

2. Blanca filia Philippi regis Nauarræ ducta 29. Ian. A.C.1349. fac. 40.

**Iohannes Valeſius** *ex Duce Normanniæ Rex Franciæ creatus patre mortuo, & coronatus 26. Septemb. A.C.1350. per inſidias* Caroli regis Nauarræ generi ſui ab Anglis captus abductusq́; eſt cum duobus filijs A.C.1356. ſed his relictis obſidibus in Franciam redijt, & magna vi argenti ſecum ſumpta in Angliam reuerſus ad redimendum ſuos. Londini obijt ex Febri 18. April. A.C.1364. Corpus in Franciam vectum in Dionyſianum conditum eſt. Vxor.

:.... *infans obijt.*

**Ludouicus** natus A.C.1330. vixit tantum 15. dies.

**Philippus** Dux Aurelianenſis moritur ἄπαις. Vxor Blanca poſthuma filia Caroli pulchri R.F. ſup. fac. 31.

**Maria** uxor :... ducis Brabantiæ.

**Ioanna** *deſponſata Iohanni duci Geronenſi, ſed cum nuptura Hiſpaniam peteret deceßit Batiris* A.C.1361. ubi in ſummo templo ſita eſt.

1. Guta, quæ Bona à Gallis nominatur, filia Iohannis Bohemiæ regis, ſoror Caroli IIII. Imperatoris, ducta A.C.1329. moritur A.C.1348. & in Abbatia Malobuiſſonenſi ſepelitur. part. 1. fac. 159. Hac nati ſunt

2. Ioanna Bononienſis vidua Philippi ducis Burgundiæ, cum qua mortuo Philippo priuigno ducatum Burgundiæ accepit, ducta A.C.1349. 10. Feb. & coronata cum marito, moritur ἄπαις. fac. 75. & 71.

## BITVRIGES ET MONPENSERII.

**Carolus V. Valeſius Sapiens** *vel* **Albus,** *ex duce Normanniæ & Delphino Viennenſi creatus Rex Franciæ 16. cal. Feb. A.C.1365 ſingularis amator & promotor eruditorum. Per fratres & fidelißimos quoſq́ totam penè Franciam* Anglis fugatis recepit. Obijt Beltæi ad Matronam 16. Sep. A.C.1380. ſepultus ad S. Dionyſium cũ uxore, quæ fuit Ioanna filia Petri I. ducis Borbonij, mortua (fac. 50.) ex Catharinæ filiæ puerperio 6. Feb. A.C.1377.

**Ludouicus Valeſius** dux Andium, comes Cenomanorum & Rex Siciliæ, &c. Vide in ♉ ſac. 58.

**Iohannes Valeſius** *Biturigum* & Auerniæ dux, comes Pictauienſis, vir ſapiens & beneficus erga Eccleſiam. Obijt A.C.1416. Biturigibus in ſacra æde ſitus, quam ipſe ædificauerat. Vxor

1. Ioanna comitis Arminiaci filia.

2. Ioanna Bononienſis & Auerniæ comitiſſa ἄπαις ducta A.C.1389. fac. 75.

*Iohannes comes Monpenſerianus,* moritur ἄπαις. Vxor

1. Catharina Caroli V. regis filia. fa. 33.

2. Anna Iohannis Borbonij filia. fac. 51.

**Maria** *Biturica* nupta

1. Ludouico Caſtiltonæo Bleſenſi comiti. fac 41.

2. Philippo Arteſio Conneſtabili Franciæ. fac. 60.

3. Ioanni duci Borboniorum I. eius nominis. fac. 50.

**Bona** *Biturica* Vxor

1. Amadei Sabaudiæ comitis. fac. 78.

2. Bernhardi Arminiaci comitis. Bona uxor 2. Caroli Valeſij. fac. 36.

**Carolus VI. Valeſius Benenatus** *cognominatus, quod Lutetiæ in æde S.* Pauli 3. Dec. qui fuit dies Dominicus A.C.1368. natus eſt, quem Carolus Mommorencius Baptiſmati obtulit. Rex Franciæ creatus prid. non. Nouẽ. A.C.1380. Cum Petrum Caõnium qui Cliſſonio iniuriam fecerat perſequeretur, mentis inops factus eſt, ideoq́; Iohannes Biturigum & Philippus Burgundionũ duces eius patrui regnum adminiſtrarunt, quod tumultuantibus Gallis, præcipuè Iohanne Burgundo, Angli occuparunt. Hic ut tres tantum liliorum flores pro inſigni reges Galliæ geſtent, ſancit. Obijt A.C.1422. ex quartana febre, ſepultus ad S. Dionyſium. Vxor Iſabella, quæ Germanis nominatur Eliſabeth, filia Stephani ducis Bauariæ, domini Ingolſtadij, ducta & coronata A.C.1389. 23. Aug. In manus Anglorum perueniens ærumnas ſuas patientiſſimè pertulit, mortua Pariſijs ultimo Septemb. A.C.1435. in Dionyſiano ſepulta. part. 2. fac. 200. Vide ♋ fac. 34.

**Ludouicus** *dux Aurelianenſis & Turonenſis* natus 3. Martij A.C.1371. interfectus per ſicarios à Iohanne Burgũdo Phil. audacis filio. Vide ſignum ☉ fac. 36.

*Flandriæ ſubegit. Huic Papa regnum Arragoniæ Valentiæq́ & comitatum Barcinonenſem de-peratorem ſe etiam ſcripſit ex ſecunda coniuge. In Aquitania Hugonem Penſacenſem & Anglos*

2. Catharina Imperatrix Conſtantinopolitana, neptis Balduini Imperatoris ex filio Philippo. Lutetiæ in æde Franciſcanorum ſita. *fac. 56. & 62.*

3. Mathildis filia Guidonis Caſtilionæi comitis S. Pauli & ſummi Franciæ à poculis. *fac. 41.*

Catharina *Imperatrix Conſtantinopolitana, deſponſata Hugoni VI. duci Burgundiæ, ſed nupta Philippo Siculo duci Achaiæ & Tarenti. fac. 56.*

Ioanna *deſponſata Carolo primogenito Tarentini principis filio, ſed nupta Roberto III. Arteſino. fac. 60.*

Ludouicus *comes Alenconius, quo ſine liberis mortuo comitatus ad fratrem Carolum deuolutus eſt.*

Iſabella *deſponſata Ludouico comiti Niuernenſi, ſed nupta Petro I. Borboniorum duci. fac. 50.*

## ALIA DISTRIBVTIO CONIVGVM & liberorum Caroli Valeſij.

*Carolus Valeſiorum comes I. & Alenconij II. cui nati ſunt ex*

1. Clementia *filia Caroli II. Neap. & Siciliæ regis, quæ ei in dotem tulit ditionem Cœnomannorum & Andegauenſium.*

Philippus Rex.

2. Catharina *filia Imperatoris Conſtantinopolitani.*

Margareta. Iſabella.

3. Mathilde *filia Guidonis comitis Fani D. Pauli.*

Ludowicus. Carolus. Ioanna *nupta Philippo Tarentinorũ principi.*

Philippus audax Valeſius *Dux Burgundiæ. Conſule ſignum ☽ fac. 72.*

Marta *nupta Roberto filio Henrici ducis Barrenſis primogenito. art. 1. fac. 114.*

Ioanna *uxor Caroli Regis Nauarreni. fac. 40.*

Iſabella *coniunx Iohannis Galeatij ducis Mediolanenſis.*

Margareta (*al.* Bona) *monialis in monaſterio Poſsiaco.*

Ioanna Bona *mortua antequã pater obtineret regnum. Sepulta in æde S. Antonij Campani.*

Ioanna *nata in nemore Vicennarum. 2. Iu. A. C. 1366. obijt 12. Decemb. eodem anno, in æde Dioniſiana ſita.*

Maria *nata 25. Febr. A. C. 1370. deſponſata VVilhelmo duci Bauariæ & comiti Hollandiæ, ſed ante diem nuptiarum defuncta.*

Iſabella *nata 24. Iulij A. C. 1373. deſtinata Iohanni I. duci Alenconio, obijt 13. Feb. A. C. 1377. fac. 46.*

Catharina *nata A. C. 1377. 4. Febr. promiſſa Ruperto ducis Bauariæ filio nupſit Iohanni Montpenſeriano comiti, filio Iohannis ducis Biturigum. fac. 32.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-633708-p0039-0

8 5. fac. 32.

## Carolus VI. Valeſius Benenatus, *Rex Franciæ, obijt A. C. 1422.*

*Vxor Iſabella duciſſa Bauariæ.*

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Carolus *natus A. C. 1391 mortuus ex febre hectica A. C. 1400. ſepultus in Dionyſiano.* | Maria *nata A. C. 1392. promiſſa Henrico V. Angliæ regi, ſed monaſterium Poſſiacenſe ingreſſa eſt, & Prioriſſam egit.* | Ioanna *nupta Ioanni VI. duci Britanniæ. fac. 68.* | Micaella *nata 13. Ianuarij A. C. 1394. prima uxor Philippi Boni ducis Burgundiæ. fac. 72.* | Ludouicus *dux Aquitaniæ, & Delphinus Vienenſis natus A. C. 1396. moritur ἄπαις paulo poſt pugnam ad Agincurtum factam, A. C. 1415. 8. Calen. Octob. Vxor Margareta filia Iohannis ducis Burgundiæ. fac. 72.* | Margareta *deſponſata Ioanni V. duci de Britannia, ſed ante diem nuptiarum mortua.* | Maria *nupta VVilhelmo VI. duci Bauariæ & comiti Hollandiæ. part. 1. fac. 201.* |

| | | |
|---|---|---|
| Philippus *natus Chinonij 4. Febr. A. C. 1435. ſuſceptus è ſacro baptiſmatis fonte à Philippo Bono duce Burgundiæ, mortuus ineunte Iunio A. C. 1436.* | LVDOVICVS *XI.* Valeſius *Rex Francorum ex Delphino Viennenſi creatus A. C. 1461. & coronatus Remis ab Archiepiſcopo. Cum Carolo Audace Burgundo bellum geſſit, quod eleganter & copioſe cum tota eius vita deſcriptum eſt à Cominæo. Obijt Pleſſijs ad Turones, A. C. 1483. 3. Cal. Septemb. Sepultus cum uxore Carola in æde D. Mariæ Clericanæ, ut teſtamento cauerat. Vxor* | Carolus *natus A. C. 1446. dux Aquitaniæ & Biturigũ. Caput belli quod Bonum publicum proceres nominarunt ſuſceptum contra regem. Deſponderat ſibi per procuratorem Ioannam filiam Henrici IIII. regis Caſtiliæ & Ioannæ filiæ Henrici regis Portugaliæ. Sed veneno ab Abbate quodam propinato apud Burdegalam tempore ſponſaliorum, A. C. 1472. iuſſu fratris necatus eſt.* |

1. Margareta filia Iametis vel Iacobi regis Scotorum, Turoni ducta, 7. cal. Iulij A. C. 1436. Obijt ἄπαις in Catalaunis A. C. 1445. in ſummo templo ſita.

2. Carola (al. Carlotta) filia Amedæi ducis Sabaudiæ, mortua A. C. 1484. fac. 80.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Ioachimus *puer obijt, ſepultus Amboſiæ apud Franciſcanos.* | CAROLVS *VIII.* Valeſius gibboſus *cognomento, Rex Franciæ, natus Amboſiæ ultimo Iunij A. C. 1470. creatus 9. Cal. Septemb. A. C. 1483. coronatus menſe Iunio A. C. 1484. Bellum Neapolitanũ geſſit, à Cominæo & alijs deſcriptum. Obijt apoplexia correptus Amboſiæ 10. cal. Iul. A. C. 1498. ſepultus ad S. Dionyſium. Huic* | Franciſcus *natus A. C. 1472. puer obijt, ſepultus Amboſiæ apud Franciſcanos.* | Ludouica *puella obijt.* | Anna *uxor Petri II. ducis Borbonij. fa. 50.* | Ioanna *nupta Ludouico Andium duci, qui Carolo VIII. in regno ſucceſſit. fac. 36* |

1. Iſabella filia Eduardi IIII. regis Angliæ deſponſata fuit.

2. Margareta filia Maximiliani Imperatoris etiam deſponſata fuit, ſed hac ſpreta ſponſam euſdem rapuit. part. 1. fac. 274.

3. Anna filia & hæres Franciſci Britanniæ ducis nupta fuit. Etſi enim hæc Maximiliano Imperatori per legatum nupta fuerat, tamen Carolus hanc rapuit, & matrimonio ſibi iunxit Lingonibus A. C. 1491. 6. Octob. Ex hac tres filios genuit, qui patrem morte præuenerunt. fac. 68.

**Iſabella** *nupta 1. Richardo II. Regi Angliæ. 2. Carolo duci Aurelianenſi. fac. 36.*

**Catharina** *Hanc Henricus IIII. Lancaſtrius Rex Angliæ ſibi depoſcerat, et promiſſa fuit Carolo I. duci Borbonio. Nupta verò Henrico V. regi Angliæ, qui ex conuentione facta* Trecis 21. *Maij A. C.* 1420. *Rector & hæres regni inſtitutus fuit, abdicato Carolo VII. hærede iuſto. Mortuo verò Henrico, ſecundùm nupſit Ouino Tyderio vel Teuthero viro nobili è VVallia oriundo. Polyd. quem alij ſutoris, alij cereuiſiopolæ, alij præparatoris pannorum recenter tinctorum filium fuiſſe ſcribunt. Vide Angliæ regum familias.*

**Iohannes** *dux Turonenſis & Delphinus Viennenſis, fratre Ludouico mortuo. Vxor Iacoba filia VVilhelmi comitis Hollandiæ, &c. ex Margareta filia Philippi Audacis ducis Burg. Obijt ipſe 8. Id. Apr. A. C* 1417. *ἄπαις. par. 1. fac. 201.*

**CAROLVS VII. Valeſius,** *natus A. C.* 1402. *prid. Cal. Mart. Rex Franciæ, qui mortuo patre regni iura tituloſq́ aſſumſit, ſed Angli rege Henrico VI. agrum Campanienſem, Viromanduum, finitimoſq́ occupauerant, ideo coronari Remis non potuit, niſi 17. Iulij A.C.* 1428. *quo viam armis ſibi aperuit, & conſilio Iohannæ Aræ virginis filiæ Iacobi Aræi & Iabellæ Valteuriæ, natæ Dumprinij ad Moſam, in Tullenſi diocœſi coronam adeptus eſt. Hæc enim ſexum virilem ſimulans regem cum exercitu deduxit, & armata coronationi aſtitit, vexillum album in manu gerens, cui inerat figura Chriſti lirinum florem manu geſtantis, monita (ut aiebat) cœleſti viſione. Aurelias obſidione etiam liberat, & Anglos Picardia & Campania pellit, tandem eruptionem è Compendienſibus faciens in hoſtes capta eſt à ſatellite comitis Lignij, A.C.* 1430. *& in foro Rotomagenſi igne cremata. Rex obijt Magduni ad Eboram die Magdalenæ A.C.* 1461. *Vxor Ludouici II. Andium ducis & regis Siciliæ filia Maria (fac. 59.) mortua in Ianuario A.C.* 1463 *uterq́ in Dionyſiano ſitus eſt.*

**Ragundis** *promiſſa Sigiſmundo filio Friderici Auſtriæ ducis, ſed ante diem nuptiarum mortua eſt.*

**Yolanta** *quæ &* **Iſabella** *nominatur ab alijs, uxor Amadæi ducis Sabaudiæ. fac.* 80.

**Catharina** *coniunx Caroli Audacis ducis Burgundiæ (fac.* 72. *ducta cum eſſet annorum* 10. *in oppido S. Omeri. Obijt Bruxellis, ubi & ſepulta eſt.*

**Ioanna** *nupta Iohanni II. duci Borbonij. fac.* 50.

**Magdalena** *deſponſata Ladiſlao poſthumo regi Bohemiæ et Vngariæ, quo ante diem nuptiarum mortuo nupſit Gaſtoni principi Viennenſi filio Gaſtonis Fecenſis. (fac.* 42. *Hæc ab alijs* **Margareta** *nominatur. part. 1, fac.* 272.

# AVRELIANENSES COMITES, EX QVIBVS REGES FRANCIÆ.

☉ s. *fac.* 32.

**Ludouicus Valeſius** *dux Aurelianenſis & Turonenſis, Alenconij & Vertuzij comes, Lutetiæ ad portam Barbitanam die S. Clementis, qui eſt 23. Nouemb. ſub octauam horam veſpertinam, ex domo reginæ Iſabellæ Bauaræ rediens, anno C.* 1407. *ætatis ſuæ* 36. *trucidatus per ſicarios à Iohanne Burgundo ſubornatos, poſtridie ſepultus in Cœleſtinorum æde in ſacello Aurelianenſi. Huic*

Catharina Vngarica deſponſata fuit, ſed ante diem nuptiarum mortua.

Valentia filia Iohannis Galeatij ducis Mediolanenſis I. nupta fuit, quæ præter numeratam pecuniam in dotem tulit comitatum Vertuzij.

